Oliver Henry Perry Prince

Rare Book Dept.
Case Shelf
No. G.404.42 FONO
The Public Library of the City of Boston

Armorial Binding

A fine seventeenth-century Italian binding, with the arms of Pope Urban VIII.

F.404.42

13 **ANTOLINUS (PETRUS AUGUSTINUS).** Tesaurum Artis Pistoriae. Pars Prima. *Engraved title-page.* Romae, 1635

4to, Italian contemporary brown sheepskin, gilt tooled back, sides with an elaborate gilt tooled allover pattern with central cartouche enclosing the arms of POPE URBAN VIII. (Engraved title-leaf trimmed into; some foxmarks and waterstains; other slight defects.)

IN A BINDING WITH THE ARMS OF POPE URBAN VIII. Inserted is an engraved portrait of this Pope.

From the library of Oliver Henry Perkins, with bookplate.

VERY RARE, AND A BEAUTIFUL COPY IN THE ORIGINAL CLOTH, with the covers in fine condition.

On the end-paper is the signature of G. Gettyall, Jr., dated 1868, and on the verso of the frontispiece is that of the 4th Earl of Cottenham, dated 1896. With an engraved bookplate with the initials G.B. surmounted by a coronet with a wolf, statant.

60 188

Urban VIII
Barberini

WITH THE ARMS OF POPE URBANUS VIII

25 **ANTOLINI (PETRI AUGUSTINI).** Tesaurum Artis Martis Pistoriae seu gratiarum ac privilegioru. *Engraved title-page with effigies, symbols, and arms in compartments, including those of Urbanus VIII (trimmed and slightly repaired). Portrait inserted.*

Romae, 1635

Folio, contemporary brown morocco, gilt back, richly gilt tooled and painted sides, with broad borders and panels. Some pp. stained.

WITH THE ARMS OF POPE URBANUS VIII on both covers.

E. H. Perkins
Anderson
3-24-26

black and red, with initials illuminated in gold and colors, with woodcuts by C. Keats after those of the edition of 1481.
[Chelsea: Ashendene Press,] 1902

8vo, limp vellum, uncut, with ties, in board slip case.
One of 135 copies.

WITH THE ARMS OF QUEEN ELIZABETH

31 **AUGUSTINUS.** [Certain Select Prayers gathered out of St. Augustine's Meditations, also his Manuel] Title of 2nd part: S. Augustines Manuell, or litle Booke of the Contem-

VRBAN VS·VIII

22
VRBAN·VIII·
Maffeo Barberini·
born at Florence·ele
cted 1623·died 1644·
Erected the Papal Altar
in St Peter's

LIT. ARMANINO - GENOVA
DEPOSITATA
L. FERLONI - ROMA

VRBANVS. VIII. PON. O. M.

TESAVRVM ARTIS PISTORIÆ SEV GRATIARVM AC PRIVILEGIORV. Á SVMMIS PONTIFICIBVS PISTORIBVS ALMÆ VRBIS CONCESSORVM

PARS PRIMA

In Qua Registratum legitur

BREVE

VRBANI VIII. PONT. OPT. MAX.

Cum Annotationibus ac indice

D. PETRI AVGVSTINI ANTOLINI
I. C. PICENI
AC IN ROMANA CVRIA
ADVOCATI.

Romae ex Typographia Reu. Cameræ Apostolicæ.
AN. M D. C XXXV.
Superiorum licentia.



Boston
May 10, 1938

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. DOM.

D. OCTAVIANO RAGGIO

COLLEGII PROTHONOTARIORVM APOSTOLICORVM

DE NVMERO PARTICIPANTIVM DECANO.

COLLEGII CLERICORVM

Cameræ Apostolicæ Prodecano,

& Annonæ Præfecto.

POSTQVAM Sanctissimo, ac Clementissimo Principi, Maximo, Optimoque Pontifici Vrbano Octauo placuit confirmare, & augere Priuilegia à Summis Pontificibus prædecessoribus Vniuersitati Pistorum elargita; duximus omnia, quæ se iunctim

vagabantur, Priuilegia congerere, & illa annotationibus eruditiſsimi Iure Conſulti Petri Auguſtini Antolini locupletata, ac pro commodiori facilitate, ac faciliori materiæ commoditate in aliquibus libris, ſiuè partibus diſtributa Typis denuò demandare. En igitur prodit, Prima pars Priuilegiorum noſtræ artis, & prodit tibi, tanquam noſtro præcipuo Mecenati, & de noſtra Vniuerſitate optimè merito inſcripta. Ibi iſtius Præfecturæ Annonæ, qua tu, tam ſtrenuè, & tam egregiè functus es, & fungeris, & vtinam per plura ſæcula fungi liceat, antiquitatem, ac præſtantiam cognoſces, ibi etiam aliquorum inſigniorum Præfectorum Annonæ, nomina, ac noſtræ artis, quam tam fæliciter regis vetuſtatem reperies, & dum ibidem Priuilegia noſtræ artis legere continget deuotionis, & obſequij eiuſdem artis erga te memor eris. Nec obſequij noſtri cauſa vnica eſt. Plures

tum

tum priuatæ, tum publicæ cauſæ exiſtunt. Tuorum enim Natalium ſplendor, tot tuarum Dignitatum radij, vitæ integritas, morum ſuauitas, mentis candor, ingenij perſpicacitas, iudicij firmitas, eximia in tractandis perficiendiſque negotijs dexteritas, maturitas, ac prudentia, ſumma benignitas, incorruptæ Iuſtitiæ cultus in Annona curanda, fouenda, ac amplianda ſolertia prouidentia, ac inexplicabilis, & incomparabilis vigilantia, ac virtutum omnium refertiſſimus cumulus impellunt, & trahunt ad tui amorem, & obſequium adamantea etiam pectora. Quæ tot, tantaquè animi, & corporis tui ornamenta Pontificum omnium Maximus, Optimuſque Vrbanus Octauus clariſsimè cognoſcens tibi à multis ab hinc Annis Præfecturam Annonæ (munus grauiſsimum, & quod quoſcumq. fortiores intrepidoſq. terrere ſolet) tibi comiſit, qua Præfectura

cum

cum omnium admiratione totiuſq. Vrbis vtilitate,gaudio,ac applauſu es fæliciſſimè perfunctus, & perfungeris. Quid mirum ſi Annis proximè elapſis in abſentia Emi. nentiſsimi Domini Card. Camerarij,Sanctiſsimus Dominus noſter te Pro Camerarium eſſe voluit ? quod ampliſsimum munus ab Hominum memoria nulli alteri extra Cardinalium ordinem demandatum eſſe ſcimus. Et indè rectè conijcere poſſumus Te ad maiores conſeſſurum honores interim faxit Omnipotens Deus, vt te, quam diutiſsimè ſoſpitem incolumemq; & ad ea quæ ex corde optamur euectum conſpiciamus.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Dominationis tuæ

Deditiſsimi, & deuotiſsimi ſerui

Thomas Roſius.
Ludouicus Gualderius. } Deputati.

A MONSIG. ILLVSTR. RAGGI PREFETTO DELL' ANNONA.

L'Imperfetto Academico Insensato.

S'Han così viui raggi
Le viole amorose,
Di cui'l tuo manto è adorno
O quanto più fiammeggiaran le rose
Dell'Ostro sacro? in Breue fia quel giorno
Già già lieto, e giocondo
De tuoi purpurei rai festeggia il mondo.

Al medesimo Monsignor. L'istesso Academico.

TRa tante alte virtudi,
Ch' in te fiammeggiar veggio
Quasi in lor proprio seggio
La Pietade sourasta. Ella ti rende
Chiaro per tutto, ou'l sol gira, e splende,
Ella fà, che di gioia onusto, & ebro
T'ami Quirin, ti riueriſca il Tebro.

Al medesimo Monsignor. L'istesso Academico.

SIgnor l'horrida fame
Strugge la fama; Onde con somma cura,
E con salubri leggi
Mentre l'Annona custodisci, e reggi
Nodrisci, e auuiui tu l'istessa fama,
Quindi ciascun ti chiama
Fecondator d'ogni felice ingegno,
Della gloria, e Vertù fido sostegno.

PI-

PISTORIBVS ALMAE VRBIS THOMAS ROSIVS AC LVDOVICVS GVALDERIVS

SALVTEM.

ENt andem prodit Breue à vobis exoptatum, et nobis ad id inter tot alios veſtra benignitate electis humiliter ſupplicantibus à Clementiſſimo Pientiſsimoq. Principe Vrbano VIII. conceſsum. Suſcipite demandati muneris fructum, obſequij noſtri, & amoris erga vos teſtem. Applaudite communi noſtræ vtilitati, & Valete.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſsimo P. Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

A. Torniellus Viceſgerens.

Imprimatur,

Fr Gregorius Orobonus Reuerendiſsimi Patris Magiſtri Sacri Palatij Apoſtolici Socius.

VRBANI VIII
PONT. OPT. MAX.
BREVE
Confirmationis, ac Ampliationis, Iurisdictionum, Gratiarum, ac Priuilegiorum Pistorum Almæ Vrbis.

SVMMARIVM.

1 *Causa finalis concessionis Priuilegiorum.*

2 *Pistores à Sixto V. Priuilegijs decorati fuerunt.*

3 *Pistores ab Interdictis, & Censuris, & pœnis Ecclesiasticis absoluuntur ad effectum, vt frui possint huiusmodi Priuilegijs.*

4 *Consules Pistorum intra 30. ducatos auri de Camera priuatiuè quo ad alios Iudices in causis ad Artem spectantibus contra quoscunque Vrbis, Ciues, Opifices, habitatores, & alias quascumque personas Sæculares summariè simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura Iudicij manu Regia, & sola facti veritate inspecta, vt num. 7.*

5 *Annonæ Præfectus à 30. ducatis auri de Camera, vsque ad quamcumque summam priuatiuè quo ad alios est Iudex in causis ad Artem spectantibus contra quoscunque, cuiuscumque gradus, status, conditionis, & præeminentiæ, & potest procedere simpliciter, & de plano, & sine strepitu, & figura Iudicij manu Regia, & sola facti veritate inspecta, vt num. 7.*

6 *Auditor Cameræ, quando agitur vigore obligationis Cameralis, &*

Vicarius Vrbis, quando agitur contra Monasteria, & alia loca Pia, & Ecclesiasticas personas ad instantiam Pistorum, illorumq; hæredum procedere debent, cum eisdem facultatibus Præfecto Annonæ concessis.

8 *Pistores præferuntur quibuscumque creditoribus etiam instrumentarijs, & ex causa dotis, & reseruationem dominij, aut manus iniectionem, & hypothecam habentibus, & quibuscumque alijs creditoribus Priuilegiatis etiam Dohanerijs Vrbis.*

9 *Pistores non comprehenduntur subdiscussione bonorum, nec illis obstat cessio bonorum, aut alia dilatio à Iure, vel Principe concessa.*

10 *Hæres debitoris non potest impedire Pistores, nè executionem faciant super bonis hæreditarijs sub prætextu confectionis Inuctarij.*

11 *Mulieres, aut filij (decoctis viris, vel Parentibus) si hæreditas soluendo non sit, soluere debent eam quantitatem Panis, vel aliorum rerum ad Artem spectantium, quæ pro ipsis mulieribus, vel filijs, vel eorum, earumque familys tradita, & consumpta fuerit, factis priùs per Pistores diligentijs etiam extraiudicialibus contra dictorum virorum, ac Parentum bona.*

12 *Pistores pro eorum creditis agere possunt actione hypothecaria, contra quoscumque bonorum debitoris possessores.*

13 *Executio sententiarum, & mandatorum ad fauorem Pistorum retardari non potest sub prætextu appellationis recursus, aut cuiuscumque inhibitionis, & impedimenti.*

14 *Appellatio à sententijs, & mandatis Consulum Pistorum infra scuta decem nullo modo admittitur, nec concedi potest recursus, nisi ad effectum deuolutiuum, & supra scutis decem non datur appellatio, nisi cum clausula* non retardata executione, *nec interponi potest ad alios Iudices, præterquam ad Annonæ Præfectum.*

15 *Obreptionis, & subreptionis, & cuiuscumque alteriùs defectus exceptio, & allegatio, & qualibet Breuis impugnatio tollitur, & num.* 17.

16 *Præfectus signaturæ, & nullus Iudex Romanæ Curiæ auocare, aut reassumere causas Pistorum possunt, nec Pistores aliquo modo impedire in eorum causis, & creditis.*

18 *Irritantur amplissimis clausulis omnia ea, quæ præsenti Breui obstare possunt.*

VR-

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

1 DEuotionis affectus, quem dilecti filij vniuersitas, & homines Artis Pistorum A Almæ Vrbis nostræ erga nos, & Apostolicam Sedem gerere comprobatur nos inducit, vt eis reddamur ad gratiam liberales.

2 Cum itaque (sicut vniuersitas, & homines prædicti nobis nuper exponi fecerunt:) Nonnullæ gratiæ ad indulta eis à fel: recor: Sixto Papa Quinto Prædecessore nostro concessa
3 fuerint. Nos vniuersitatem, ac homines præfatos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, ac pœnis à Iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existent ad effectum præsentium dumtaxat cõsequendi harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes. Necnon priuilegijs, gratijs, & indultis huiusmodi inhærentes supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Pistoribus prædictis nunc, &
4 pro tempore existentibus eorumque hæredibus, & successoribus quibuscumque, vt faciliùs, & minori cum dispendio iura sua consequi possint in omnibus, & singulis eorum causis, litibus, controuersijs, & differentijs, ac prætensionibus ratione Panis per eos crediti, ac rerum ad Artem huiusmodi quomodolibet spectantium de cętero mouendis, quæ triginta ducatos auri de Camera non excesserint Consules pro tempore existentes dictæ actis contra quoscumque eiusdem Vrbis, ciues, B opifices, C habitatores, ac alias quascumque personas D læculares.

5 In alijs verò vsque ad quancumque summam Præfectum Annonæ E pro tempore existentes in Iudices contra quoscumque, cuiuscumq; gradus, status, ordinis, & dignitatis, ac conditionis, vel præeminentiæ F existentes auctoritate, & tenore præsentium perpetuo constituimus, & deputamus priuatiuè G quo ad omnes, & singulos Romanæ Curiæ Iudices.

6 Non tamen vbi agi contingat vigore obligationis Cameralis, H vel contra Monasteria, ac alia loca Pia, & Ecclesiasticas personas I in quibus casibus K Vrbis nostræ Vicarius, ac Auditor Cameræ L ad instantiam Pistorum, seu hæredum, & successorum, quorumcumque procedere debeant, prout procedi mandamus M cum eisdem facultatibus Præfecto Annonæ concessis, ac præsentibus nostris litteris contentis, & enunciatis.

7 Eisdemque nunc, & pro tempore existentibus Pistoribus, aut eorum hæredibus, & successoribus facultatem omnes, qui occasione crediti Panis, & aliarum rerum Artem ipsam concernentium debitores fuerint pro consequenda satisfactione ad Iudicium, vt præfertur auocandi coram Consulibus, & Annonæ Præfecto pro tempore existentibus, quibus solis, & priuatiuè in causis præmissis quoad alios Romanæ Curiæ Iudices prædictos singulas causas huiusmodi Summariè N simpliciter, & de plano, O ac sine strepitu, & figura Iudicij P manu Regia, Q ac sola facti veritate inspecta, R & prout in exactione pecuniarum pretij Grani eisdem Pistoribus ab Officialibus eiusdem Cametæ Apostolicæ, pro tempore dati contra eiusdem Pistores procedi solet cognoscendi, decidendi, fineque debito terminandi, necnon citandi, & in forma inhibendi in Curia, & extra S omnibusque alijs facultatibus necessarijs, & opportunis auctoritate, & tenore similibus etiam perpetuò tribuimus.

8 Præterea quod dicti Pistores, & eorum hæredes, ac successores pro pretio Panis, & rerum ad Artem spectantium præferantur, T & præferri omnino debeant V omnibus, & singulis X alijs Y cuiusuis defuncti, aut decocti,

decocti, seu alteriùs cuiuscumque debitoris, Z aut AA alias BB quantumuis potioribus, CC & anterioribus DD etiam EE reseruationem dominij, FF aut manus iniectionem, vel hypothecam specialem, GG seu quodcumque creditum HH iuratum, II & obligatione Camerale vallatum KK habentibus etiam ex causa dotis, LL aut ex quacumque alia causa pia necessaria, MM & priuilegiata, NN etiam Dohanerijs Vrbis, & Status Ecclesiastici, OO & quibuscumque alijs, quantumuis priuilegiatis PP in vim cuiuscumque Priuilegij in corpore iuris clausi, vel non clausi, QQ etiam si de eis specialis mentio facienda esset, RR & quascumque clausulas, seu cautelas in se continentes habentibus.

9 Neque sub aliqua bonorum discussione comprehendantur nullaque cessio bonorum, seu moratoria, aut quinquennalis, aut alia quæcumque dilatio, aut capitulum Odoardus, seu aliud quodcumque remedium à iure communi, vel positiuo, seu ex speciali gratia Principis introductum, seu concessum, siue introducendum, vel concedendum contra dictos Pistores, vel eorum heredes, & successores quoscumque in eorum præiudicium super consequutione suorum creditorum occasione Panis, & aliarum rerum ad Artem spectantium nusquam valeat, nec debitoribus ipsis, SS aut eorum hæredibus, & successoribus in aliquo suffragetur.

10 Et hæres defuncti solutionem Panis, & rerum artis huiusmodi pro quibus ipse defunctus erat debitor etiam prætextu quod adierit, TT seu adire velit hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij VV retardare, vel differre, aut impedire minimè possit quin executio super bonis hæreditarijs interim, prout iuris fuerit fieri possit.

11 Mulieres verò, aut filij viris, vel parentibus decoctis, vel mortuis, XX si hæreditas soluendo non sit, teneantur soluere eam quantitatem Panis, vel aliarum rerum dictæ Artis, quæ pro ipsis mulieribus, vel filijs, & earum, seu eorum familiæ, Marito, seu Patre viuentibus tradita,

& consumpta fuerit, factis priùs per eosdem Pistores, vel eorum hæredes, & successores debitis diligentijs, etiam extraiudicialibus contra dictorum virorum, ac Parentum, sic defunctorum, aut decoctorum. Bona.

12 Necnon Pistores eorumque hæredes, & successores pro credito Panis aliarumque rerum ad Artem spectantiũ possint agere actione hypotecaria YY contra quoscumque possessores bonorum debitoris.

13 Necnon sententiarum mandatorum executiuorum, & decretorum per Consules, siue Annonæ Præfectum, Auditorem Cameræ, ac Vicarium Vrbis Iudices prædictos pro tempore latarum, & relaxatorum, executionem, quouis prætextu, etiam quorumcumque appellationum, recursuum, supplicationum, reductionum ad arbitrium boni viri, prouocationum, inhibitionum, & significationum, etiam dotalium, ac non grauetur, & aliorum quorumcumque impedimentorum, nullo modo contra formam præsentium impediri posse, sed easdem significationes, & inhibitiones per Gubernatorem, Auditorem Cameræ, Vrbis Senatorem, & Curiæ Burgi, & alios quoscumq; dictæ Vrbis Iudices etiã speciali nota dignos, ad quos ipsi appellantes, & recurrentes recursum habuerint denegandus esse, easq; concessas illicò ZZ reuocatas censeri, & ipsis recurrẽtibus minimè suffragari volumus.

14 Decernentes à sententijs, declarationibus, & decretis, & mandatorum relaxationibus, eorumdem Consulum ad Annonæ Præfectum tantum, & non ad alios quosuis Iudices, seu ad alia quæuis Tribunalia appellari posse, & appellationem non nisi in causis, & litibus super maiori, quam decem scutorum summa verteñ, & tunc non nisi, non retardata illorum executione admittendum fore, nec à decem infrà, recursus haberi, minùsque concedi posse, etiam ab ipso Annonæ Præfecto, nisi ad effectum deuolutiuum tantum.

15 Ac præsentes litteras de subreptionis vitio mentisque, ac intentionis nostræ defectu notari, aut impugnari nullatenus posse.

16 Pro præmissorum autem faciliori executione, & obseruatione districtiùs inhibemus, atque interdicimus nunc, & pro tempore existentibus Gubernatori, & Senatori, ac etiam Vicario dictæ Vrbis, necnon Auditori Cameræ prædictæ, Curiæ Burgi Gubernatori, eorumq; Locatenentibus, & Præfectis signaturæ, siue eorum Auditoribus, ac quibusuis Iudicibus, & Officialibus Ecclesiasticis, & Sęcularibus quacumque auctoritate, & facultate, ac præeminentia suffultis, nè aliquas huiusmodi causas reassumere, vel ad se auocare, aut aliquem præmissa de causa debitorem ad eos recurrentem audire, vel admittere, nec se se in illis contra præsentium tenorem, etiam prætextu quarumcumque facultatum, ac priuilegiorum eis concessorum, etiam ex officio, & ad cuiuscumque instantiam, vel alio quouis modo ingerere se immiscere, minùsq; ipsos Pictores, aut eorum vniuersitatem huiusmodi in aliquo super præmissis molestare, vel impedire directè, vel indirectè, seu molestari, aut impediri facere audeant, vel præsumant.

17 Decernentes præsentes litteras nullo vnquam tempore ex quocumque capite, vel causa de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu intentionis nostræ, vel alio quouis defectu notari, vel impugnari in ius, vel controuersiam reuocari.

18 Aut aduersus illas quoduis iuris, vel facti, aut gratiæ remedium impetrari posse, sed semper, & omni tempore contra, & aduersus quascumque impugnationes validas, & efficaces existere, suosque effectus sortiri, & obtinere, necnon irritum, & inanè AAA si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentati, non obstañ præmissis, necnon constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis sub quauis forma, & expressione verborum conceptis, necnon prædictę Vrbis iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate, alia roboratis, statutis, & consuetudinibus Priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apostolicis eisdem Vrbi, ac dilectis filijs Populo Romano, necnon Gubernatori,

natori, Senatori, & Vicario Vrbis, atque Auditori Cameræ, & Curiæ Burgi Gubernatori, ac Dohanerijs Vrbis, & ſtatus Eccleſiaſtici, necnon eorum iudicibus, fiue aſſeſſoribus huiuſmodi, necnon alijs iudicibus ſuperioribus perſonis, ac locis pijs, illorumq; adminiſtratoribus, ſeu protectoribus, ſub quibuſuis tenoribus, & formis, necnon cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, BBB atque alijs efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & irritantibus quoque, & alijs decretis in genere, vel in ſpecie etiam motu ſimili, necnon excerta ſcientia, atque de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine etiam iteratis vicibus, necnon alias quomodolibet, & quandocumque conceſſis confirmatis, & innouatis, quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret tenore huiuſmodi perinde, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, necnon forma in illis tradita obſeruata inſertè forent præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè harum ſeriè derogamus, ac derogatum eſſe volumus, & decernimus, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 20. Decembris M. DC. XXXIIII. Pontificatus noſtri Anno duodecimo.

Loco † Sigilli Annuli Piſcatoris.

Marcus Aurelius Maraldus.

ANNO-

ANNOTATIONES
D. PETRI AVGVSTINI ANTOLINI.
I.C. PICENI,
AC IN ROMANA CVRIA ADVOCATI.

SVMMARIVM.

1 *Pistoria ars quando Romæ inceperit.*
2 *Pistoria ars apud alias gentes antiquissima est.*
3 *Pistoria ars vbique præsertim Romæ magnifacta.*
4 *Romani Ioui aram cum titulo Pistoris dedicarunt.*
5 *Romani forum in Monte Auentino Pistorium denominarunt.*
6 *Pistores à Romanis Imperatoribus multis priuilegijs ornati.*
7 *Pistores etiam antiquitus habere poterant Collegium.*
8 *Pistores à tutela excusantur.*
9 *Pistoria causa feriatis diebus peragi possunt.*
10 *Pistores non poterant cogi vendere eorum predia.*
11 *Pistores poterant ad senatoria dignitatem promoueri.*
12 *Pistores maximis priuilegijs decorati fuerunt à Summus Pontificibus, & præsertim ab Vrbano Ottauo Pont. Opt. Max. nu.* 13.
14 *Annona, & publica vtilitas præcipuè ab Arte Pistoria dependet.*
15 *Ciuium nomine continentur Senatores, Consules, Consiliarij, & alij Primates Ciuitatis.*
16 *Ciuium nomine veniunt etiã districtuales, & nu.* 17. & 18. & 20.
19 *Districtuales Vrbis subiacent statutis Vrbis, quoties particularia statuta, vel non adsunt, vel non disponunt.*
21 *Districtuales Vrbis qui dicantur.*

22 *Opi-*

22 *Opifices qui dicantur.*

23 *Habitatores qui sint, & qui hospites, & nu.* 24. *&* 25.

25 *Hospites, an sub verbis præsentis Breuis comprehendantur.*

26 *Verba,* AC ALIAS QVASCVMQVE PERSONAS; *sunt vniuersalia, & continent maiora expressis.*

27 *Aediles quando creati fuerint, & qui primi fuerint nu.* 28.

29 *Aediles cùram Annonæ habebant ex sanctione legum xij. Tabularum nu.* 31.

30 *Gulielmus Budæus laudatur.*

32 *Annonæ qui curam gerebant modò Aediles, modò Præfecto Annonæ promiscuè appellati antiquitus fuerunt, & nu.* 33. *&* 34. *&* 35. *&* 36. *&* 37.

38 *Præfectura Annonæ antiquitas quanta.*

39 *Viri insigniores, qui curam Annonæ gesserunt, vsque ad nu.* 52.

53 *Præfectura Annonæ, nunc ab vno ex Clericis Cameræ exercetur.*

54 *Octauianus Raggius Annonæ Præfectus laudatur.*

55 *Præfectura Annonæ antiquitus maiorem maiestatem, & potestatem habebat, & nu.* 56. *&* 57. *&* 58.

59 *Annona quid sit, & quæ veniant nomine Annonæ.*

60 *Præfecto Annonæ hodie qui subsint.*

61 *Pistrinarij etiam antiquitus suberant Præfecto Annonæ.*

62 *Verba (cuiuscumque gradus, status, ordinis, dignitatis, & conditionis, vel præeminentiæ) de sui natura includunt personas, quæ alias non comprehenderunt.*

63 *Verba prædicta includunt etiam Reges, & nu.* 68. *Ac Cardinales, etiam Legatos à latere nu.* 64. *&* nu. 66. *Declara nu.* 65. *Et includunt Marchiones, Duces, Principes, Principum, Regumque Oratores nu.* 67.

70 *Iurisdictio regulariter censetur data cumulatiuè, cum alijs iudicibus ordinarijs, non autem priuatiuè.*

72 *Auditor Cameræ est executor obligationis Cameralis priuatiuè quoad alios Iudices.*

73 *Obligatio Cameralis non censetur apposita, nisi expressè legatur.*

74 *Eccl*siasticarum personarũ iurisdictio Vicario Vrbis reseruatur.*

75 *Equites, an coram Vicario Vrbis conueniendo sint vide vsque ad nu.* 85.

76 *Equites torquati, & vulgò,* Caualieri d'ordine, *qui sint. Illi*

nullo

nullo modo dici possunt personæ Ecclesiasticæ nu.77.

78 *Equites à spron d'oro, ac Equites Diui Petri, Diui Pauli, Equites Pij, ac Equites Lilij, non possunt dici personæ Ecclesiasticæ.*

79 *Equites Crucesignati, qui tria vota substantialia emittunt dicuntur verè personæ Ecclesiasticæ.*

80 *Equites Hierosolymitani profitentur tria substantialia vota, & ideò dicuntur personæ Ecclesiasticæ nu.81.*

81 *Equites, qui possunt esse vxorati qui sint, & an dici possint personæ Ecclesiasticæ nu.83. & 84.*

85 *Hæremitæ, an dici debeant personæ Ecclesiasticæ vide vsque ad num.90.*

90 *Conuersi, an dici possint personæ Ecclesiasticæ.*

91 *Nouity, an dici possint personæ Ecclesiasticæ, & nu.92.*

93 *Clerici primæ tonsuræ, an dici debeant personæ Ecclesiasticæ.*

94 *Tertiarij, an sint personæ Ecclesiasticæ, & nu.95. & 96.*

97 *Binzochæ, an sint personæ Ecclesiasticæ, & nn.98.*

99 *Auditor Cameræ, & Vicarius Vrbis, an cumulatiuè, & quomodo procedere possint, & nu.100. & 101.*

102 *Nomine Vicarij Vrbis veniunt Vicesgerens, ac Locumtenens, sicut nomine Auditores Cameræ veniunt eius Locumtenentes.*

103 *Genus complectitur omnes species, & quidem propriè nu.105.*

104 *Genus propriè adesse dicitur in quadibet specie.*

106 *Vicarius Vrbis, ac Auditor Cameræ præcisè coguntur procedere, cum facultatibus Præfecti Annonæ, & nu.107.*

108 *Efficacia clausulæ* SVMMARIE *vsque nu.124.*

124 *Efficacia clausularum* SIMPLICITER, ET DE PLANO, *vsque ad nu.131.*

131 *Efficacia clausularum* SINE STREPITV, ET FIGVRA IVDICII, *vsque ad nu.153.*

153 *Efficacia clausulæ* MANV REGIA, *vsque ad nu.162.*

162 *Efficacia clausulæ* SOLA FACTI VERITATE INSPECTA, *vsque ad nu.266.*

266 *Vicarius Vrbis, Præfectus Annonæ, ac Consules Pistorum, extra Vrbis districtum facultatem citandi, & inhibendi non habebant, fallit stante hoc Breue nu.267.*

268 *Auditore Cameræ excepto nullus Iudex ordinarius Romanæ Curiæ citare, & inhibere potest extra Vrbem eiusq; districtum.*

269 Ci-

269 *Citandi facultas extra Curiam non censetur data quoties, data fuit simplex facultas citandi. fallit nu.270.*

271 *Pistoribus concessa fuit prælatio omnimodo, vniuersalis, ac indistricta super quibuscumque creditis, etiam priuilegiatissimis, vide vsque ad nu.341.*

272 *Imperatiuum verbum quando profertur à Principe ex certa scientia, ac maturo consilio importat præceptum.*

273 *Dictio* OMNINO *est indefinita, ac præcisa, & habet præcisam naturam, & necessitatem importat nu 274. Et omnes casus indistinctè comprehendit num. 275. Et habet vim decreti irritantis nu.276. & idem importat quod ipso iure nu.277.*

278 *Clausula* OMNIBVS, ET SINGVLIS, *quid operetur, & nu.279. & 280.*

281 *Dictio* ALIIS *quid operetur, & nu.282.*

284 *Dictio* CVIVSVIS, *ac Dictio* CVIVSCVMQVE, *quid operentur.*

285 *Dictio alteriùs quid operetur.*

286 *Dictio* AVT *est disiunctiua.*

287 *Dictio* ALIAS *quid significet.*

289 *Antidate ob suspitionem tesseræ olim concurrere non poterant, cum publico instrumento istius suspitionis exceptio sublata fuit à verbis Breuis nu.290.*

291 *Dictio* ETIAM *quid operetur.*

292 *Venditor ob reseruationem dominij præfertur omnibus creditoribus, etiam priuilegiatis emptoris. Etiam Pistoribus olim nu.293. Secus hodie nu.294.*

295 *Manus injcere quid sit. Et quid manus iniectio nu.296.*

297 *Pistores præferuntur habentibus iniectionem manus.*

298 *Dictio* QVODCVMQVE *quid operetur.*

299 *Pistores præferuntur, etiam creditis iuratis.*

300 *Iuramentum requirit specificam mentionem.*

301 *Pistores præferuntur, etiã creditis obligatione Camerali vallatis.*

302 *Obligatio Camerális plura continet iuramenta.*

303 *Pistores præferuntur creditis dotalibus.*

304 *Pistores præferuntur creditis ex pia causa, & necessaria, & quæ dicantur credita ex causa pia vide nu.380.*

305 *Pistores præferuntur Aromatarijs, &* 307.

306 *Aromatariorum credita oriuntur ex causa pia, & parificantur creditis ex causa funeris.*

309 *Dohanerij Vrbis habent maxima priuilegia.*

310 *Dohanerijs Vrbis præferuntur Pistores.*

311 *Clausulæ vniuersales geminatæ quid operentur.*

312 *Priuilegijs in corpore iuris clausis non censetur derogatum per generalem priuilegiorum declarationem.*

313 *Clausula* ETIAM SI DE EIS SPECILIS MENTIO FACIENDA ESSET *quid importet.*

314 *Prior in tempore de iure est potior, & præfertur.*

315 *Locator habet prælationem super bonis inuectis. Declara nu.* 316.

317 *Pecuniam, qui mutuauit ad reficiendam aliquam rem habet prælationem super eadem re.*

318 *Alimenta qui subministrauit nautis prælationem habet super naui, ac super bonis in naui inuectis.*

319 *Creditor ex causa alimentorum institoris præfertur super bonis in negotio positis.*

320 *Mutuans semen, vel pecuniam pro semine præfertur omnibus alijs super dicto semine.*

321 *Muliones, ac nautæ habent prælationem super bonis vectis.*

322 *Custodes animalium habent prælationem super animalibus.*

323 *Locator, seu venditor pasculi habet prælationem.*

324 *Doctores, Iudices, Vicarij, Ludimagistri, & similes, habent tacitam hypothecam cum prælatione.*

325 *Aduocati, & Procuratores præferuntur super re recuperata.*

326 *Creditor pauper in concursu præfertur. Declara nu.* 328.

329 *Hæres pro mercede testamenti, ac expensis inuentarij habet prælationem.*

330 *Mercatores pro rebus ad vsum corporis datis habent prælationem.*

331 *Hæres, seu alius pro expensis funeris habet prælationem super bonis defuncti. Amplia nu.* 332. *&* 333.

334 *Creditor ex causa medelarum habet prælationem, & nu.* 335. *&* 336. *Declara nu.* 337. *&* 338. *&* 339.

340 *Pistores sæpè credunt Panem, aliasque res ad artem spectantes eis, qui societatem habent, cum alijs.*

341 *Pistores an, & quando actionem habeant contra socios debitores, vide vsque ad nu.* 409.

345 *Societate in vniuersali veniunt omnia prospera, & aduersa.*

349 *Societas particularis probari potest, etiam per præsumptiones.*

351 *Aes alienum in dubio nomine proprio contractum præsumitur.*

353 *Nemo cum alterius iactura locupletari debet.*

354 *Versio in vtilitatem societatis probanda est, probari tamen potest per coniecturas nu. 362. Et quare num. 363. & 364. Et quæ coniecturæ adferri possint à nu. 365. vsque ad 372.*

380 *Socius potest obligare bona propria sociorum, & nu. 382.*

381 *Socius potest obligare personas sociorum, etiam cum obligatione Camerali.*

383 *Socij licet teneantur ad debitum contractum à socio, non tamen tenentur insolidum declara nu. 384. & 385. & 386. & 387. & 388.*

392 *Institor quod quis fuerit probari debet.*

393 *Institorium mandatum tacitum probare sufficit. Et quando dicatur datum esse tacitum mandatum 395. & 396.*

394 *Institor, tàm expressè, quàm tacitè constitui potest.*

400 *Ratificatio superueniens operatur, ac si ab initio mandatum interuenisset.*

401 *Ratificatio æquiparatur mandato, etiam in requirentibus speciale mandatum nu. 402.*

409 *Inuentarij beneficium præseruat hæredes à damno, non autem operatur, vt hæredes non teneantur soluere, donec bona hæreditaria adsunt.*

410 *Hæres habet annum ad deliberandum, an velit, vel nolit adire hæreditatem.*

411 *Hæres de iure habet triginta dies ad inchoandum inuentarium, & duos alios menses ad illud perficiendum nu. 412.*

413 *Hæres pendente tempore conficiendi inuentarij nequit molestari.*

414 *Hæredes debitorum Pistorum possunt à Pistoribus conueniri, etiam pendente tempore conficiendi inuentarium.*

415 *Mulieres, & filij quando teneantur soluere panem, vel aliam rem ad artem pistoriam spectantem traditam parentibus, vel maritis, & nu. 416. Amplia nu. 420. & 424. & 435. & nu. 441. & 443.*

417 *Dictio* AVT *est alternatiua, & disiunctiua.*

418 *Decoctus æquiparatur mortuo declara nu. 421.*

419 *De-*

419 *Decoctus quis dicatur.*
422 *Mandatum expirat per mortem.*
423 *Mandatum expirat per decoctionem.*
425 *Mors ciuilis semper æquiparatur naturali, quando operatur eundem effectum.*
426 *Martui ciuiliter qui dicantur.*
427 *Mulieres de iure quando teneantur ad debita contracta à maritis pro alimentis, vel ad pensiones domus, & 428. Declara nu. 431. & 432. & 433. & 434. & 436.*
429 *Filij de iure quando teneantur ad debita contracta à maritis pro alimentis, vel ad pensiones domus, & 430. Declara nu. 431. & 432. & 433. & 434. & 436.*
437 *Constitutio, seu quæcumque alia dispositio, est intelligenda, vt aliquid addat iuri communi.*
439 *Hæreditas non consideratur, donec quis viuit.*
444 *Alimentorum præstatio est difficilis probationis, & quando probari possit, vide nu. 445. vsque ad nu. 459.*
451 *Viuere de vento nemo præsumitur.*
452 *Necare quis dicitur illum cui alimenta denegat.*
459 *Familiæ appellatione, qui veniant, & nu. 460. & 461.*
462 *Pistores habent hypothecam in eorum creditis, & agere possunt actione hypothecaria. Declara num. 463. & 464. & 468. & 470.*
465 *Hypotheca expressa non adest, quando non adest voluntaria bonorum obligatio.*
467 *Hypotheca legalis non inducitur, nisi in casibus à iure expressis.*
469 *Verbum* POSSINT *quid significet.*
471 *Saluianum interdictum datur quoties datur actio hypothecaria.*
472 *Dictio* ILLICO' *quid importet.*
473 *Decretum irritans quid operetur, vsque ad nu. 481.*

PISTORVM.

1 A QVamuis Piſtoria ars Romæ ignota fuerit ad Perſicum, vſque bellum annis ab Vrbe condita ſuper quingentos octuaginta, *vt tradit Renat. Choppin. ad leg. And. municipal. lib.* 1. *cap.* 18. *verſic. fuit certè fol.* 18. vel per annos ſexcentos, *vt ſcribit Alex. de Alex. genial. dier. lib.* 3 *cap.* 11.
2 *fol.* 337. tamen apud alias gentes longè antea Piſtoria ars viguit, fit enim in ſacra *Geneſi cap.* 40. mentio
3 de Piſtore Regis Pharaonis, & hinc colligitur hanc artem antiquiſſimam eſſe, & vbiq; præſertim Romæ magnifacta fuit ita, & taliter, vt dedignati non ſint
4 priſci Romani aram Ioui dicare, cum titulo Piſtoris,
5 *Ouid. lib.* 6. *Faſtor. Lactant. Firmian. lib.* 1. *cap.* 20. ac forum in Monte Auentino Piſtorium denominare, *Petr. Vict. in tertiadecima regione. Alex. ab Alex. genial.*
6 *dier. lib.* 2. *cap.* 12. *fol.* 170. Et Piſtores fuerunt paſſim multis priuilegijs ornati à Romanis Imperatoribus,
7 & ſignanter, vt habere poſſent Collegium, *l.* 1. §. 1.
8 *in verbo Piſtorum, ff. quod cuiuſq; vniuerſit.* & vt ipſi à
9 tutela excuſarentur, *l. fin. de excuſ. tut.* vt Piſtorię cauſæ feriatis diebus peragi poſſit, *l. publicas. C. de ferijs ſigiſm Scacc. in tract. de iudic. lib.* 2. *cap.* 5. *nu.* 176 *fol.* 147.
10 vt non poſſent cogi vendere eorum prædia à quacumque perſona quantumuis priuilegiata, *l.* 3. *de Piſtor. & Catabol. in Cod. Theodoſian. l.* 3. *de Canon frument.*
11 *Vrb. Romæ in Cod. Theodoſ.* vt Piſtores poſſent ad ſenatoriam dignitatem promoueri, *vt colligitur ex l.* 4. *de*
12 *Piſtor. & Catabol. in Cod. Theodoſ.* ſed ampliſſimis maximè priuilegijs Piſtores decorati fuerunt à Sum-
13 mis Pontificibus, & præſertim à Sanctiſſimo Maximo, ac Optimo Pontifice, ac Principe Vrbano VIII. qui Vrbis vigilantiſſimus Pater (vt Vrbs annonæ abundantia exuberet) auxit priuilegia Piſtorum, vt
14 libentiùs eorum arti incumbant à qua præcipuè annonam

nonam ipsam, & Vrbis vtilitatem dependere nemo ignorat. *Renat. Choppin. ad leg. municipal. Andeg. lib. 1. cap. 18. versic. quo circa fol. 188.*

15 B CONTRA QVOSCVMQVE EIVSDEM VRBIS CIVES. Appellatione ciuium comprehenduntur, & veniunt Senatores, ac Consules, seu Antiani, Consiliarij, & quicumque Primates Ciuitatis, *vt latè probat Tiber. Decian. respons. 66. nu. 71. &* 16 *72. & 73. vol. 3.* Ciuium sub nomine veniunt etiam comitatenses, seu districtuales, *l. qui ex vico ff. ad municipal. l. qui in continentibus ff. de verb. signific. Bartol. cons. 196. sub nu. 6. par. 1. Abb. cons. 56. sub num. 6. lib. 2. Ioan. Botta cons. 18. nu. 24. Roman. cons. 454. sub num. 7. Vincent. de Franch. decis. 604. Ioan. Aloys. Ricc. collectan. decision. par. 4. collect. 1387. versic. nota tamen, & versic. hinc infertur. Peregrin. cons. 102. sub nu. 8. vol. 1. Robert. lib. 2. decis. 3. Rota Marchiæ apud Gratian. decis. 154. n. 4.*

17 Præsertim quando materia est indifferens, & proportionabilis, & congruens, tàm ciuibus, quàm districtualibus, *ad tradita per Gratian. discept. cap. 217. sub num. 9. & 10. & 11. & 12. tom. 2.* Et multo magis 18 si districtuales (quando particularibus statutis carent) reguntur statutis ciuitatis, *vt aduertit Io: Botta* 16 *dicto cons. 18. nu. 14. & 15.* negari autem non potest, quin districtuales Vrbis subsint, & regantur statutis Vrbis quoties particularia statuta, vel non adsunt, 20 vel non disponunt, *Greg. XV. decis. 269. sub nu. 2.* prout nec ambigi potest quin proposita, ac subiecta materia, ita congruat districtualibus sicut ciuibus, immò magis applicari potest districtualibus, cum illi occasione agricolturæ maiora commercia, ac negotia gerant, cum Pistoribus Vrbis, & maiorem quantitatem panis, aliarumque rerum ad artem spectantium accipiant pro agrorum cultura, & armentorum conseruatione districtuales, autem Vrbis dicuntur illi, qui degunt intra quatraginta milliaria, *cap. 197. lib. 1. statutor. Vrb. Rota post statil. pacific. de*

Saluian. interdict. decis. 249. *per tot. Rota in Sabinen. census* 2. *Decembris* 1624. *coram bonæ memoriæ Dunozetto Archiepiscopo Salcucien.*

C OPIFICES, idest opus facientes, seu artifices, qui vilibus mecanicisque artibus incumbunt, *l.* 1. §. *ludi quoque ff. de varijs cognition. Petr. Rebuff. in l. fieri propriè* §. *fabros ff. de verbor. significat. fol.* 1032.

23 D HABITATORES, AC ALIAS QVASCVMQVE PERSONAS habitatores dicuntur illi, qui animo constituendi domicilium in aliquo loco inhabitant, *l.* 1. §. *habitare ff. de his, qui deiec. vel effud. Roman. consil.* 264. *nu.* 1. *Petr. Rebuff. in l.* 203. *ff. de verb. significat. fol.* 897. *Thom. Grammatic. decis.* 87. *nu.* 1. *&* 2.

24 *&* 3. Siue inhabitent in propria, siue in conducta, siue in gratuita domo, *d. l.* 1. §. *penult. ff. de his, qui deiec.*

25 *effud. Rebuff. in d. l.* 203. *ff. de verbor. signific. fol.* 897. Illi verò, qui per momentum, & non animo habitandi in Vrbe degunt, non dicuntur habitatores, sed hospites, *Lazar. Fœnut. in tract. de moment. tempor. cap.* 31. *nu.* 29. *fol.* 290. *Rebuff. in dicta l.* 203. *ff. de verb. signific. fol.* 897. *Grammatic. dicta decis.* 87. *nu.* 5. Sed etiam hospites in casu nostro comprehenduntur propter illa

26 subsequẽtia verba, AC ALIAS QVASCVMQVE PERSONAS, quæ sunt vniuersalia, ac continent maiora expressis, *Bertazol. de clausul. instrum. clausul.* 27. *gloss.* 12. *nu.* 2. *Intrigliol. decis. Siciliæ* 3. *nu.* 138. *Barbos. de diction. diction.* 17. *nu.* 4.

27 E PRÆFECTVM ANNONÆ decem, & septem annos post expulsos Reges, ac creatos Consules anno 260. ab Vrbe condita, & 490. annis ante aduentum Domini nostri Iesu Christi, duo Aediles creati fuerunt, *text. in l.* 2. §. *ijsdem temporibus ff. de Origin. iur.* scilicet Cneus Quintius Capitolinus, & P. Cornelius Scipio, *Liu. decad.* 1. *lib.* 6. *in fin. & lib.* 7. *in*

29 *princ. Alex. ab Alex. genial. dier. lib.* 4. *cap.* 4. Et deinceps auctus fuit numerus Aedilium, qui tamen vsq; ab initio institutæ Aedilitatis curam Annonæ habue-

buerunt. *Dionyſ. Halicarnoſſ. lib. 6. circa fin. Franciſc. Duaren. diſput. anniuerſ. lib* 1. *cap.* 26. *verſic. non negauerim tamen fol* 1039. *Andr Alciat. in l. pupillus nu.* 30.
30 *ff. de verbor. ſignific* adeout Gulielmus Budeus oculatiſſimus antiquitatis indagator aduerterit, *in commentar. ad pandect. dicta l.* 2. *ff. de origin. iur. fol.* 105.
31 Aedilibus demandatam fuiſſe Annonæ curam ex ſanctione legum xij. Tabularum per hæc verba, SVNTO, ÆDILES, CVRATORES, VRBIS, ANNONÆ, LVDORVMQVE, SOLEMNIVM, OLLISQVE, AD HONORIS, AMPLIORIS, GRADVM, IS, PRIMVS, ASCEN-
32 SVS, ESTO, & ſucceſſu temporis illi, qui Annonæ curam gerebant modò Aediles, modò Præfecti Annonæ nuncupati fuerunt, & quamuis *Liuius de-*
33 *cad* 1. *lib.* 4. ſentire videatur primum Annonę Præfectum fuiſſe Lucium Minutium, circa annum ab
34 Vrbe condita 315. attamen Præfectura Annonæ longè antea viguit, licet ſub nomine Aedilitatis, quod nomen promiſcuè vſurpatum fuit, tam ante
35 dictum Minutium, quam etiam longè poſtea; legimus enim Iulium Cæſarem, (quem nemo ignorat vixiſſe mult. ſæcul. poſt Lucium Minutium) duos, qui curam annonæ haberent elegiſſe ſub nomine Aedilium Cerealium, *text. in dicta l.* 2 *§. deinde. Caius ff. de origin. iur. Renat. Choppin. in legib. Andeg. in titul. de iuriſdiction. Andeg. cap.* 79. *ſub num.* 3. *fol.* 501. *Petr. Gregor. Tholoſan ſyntagm. iur. part.* 3. *lib.* 47. *tit.* 31. *ſub nu* 4. *fol.* 1276. *Petr. Rebuff. in l.* 1. *ff. de offic. Præfect. vigil. ſub nu.* 4. *fol.* 101. & poſtmodum illos, qui tale
36 munus exercebant Præfectos Annonæ appellatos multipliciter patet, *ex Cornel. Tacit. Annal. lib.* 1. *& lib.* 13. *ex Polyb. lib.* 7. *& lib.* 10. *ex Appian. bellor. ciuil. lib.* 2. *ex inſcriptione, l.* 1. *de hæredit. decurion. & ex inſcriptione l.* 2. *de canon. frument. Vrb. Rom. & l.* 6. *de annon. & pan. gradil. l.* 1. *de contrahend. empt. l.* 2. *de relation. l.* 3. *de nauicular. & l. nequis de piſtorib. & caia-*

bolenſ.

bolenſ. in Cod. Theodoſ. & hinc dignoſcitur Cuſtodes, & Præſides Annonæ promiſcuè Aediles, ac Præfectos appellatos eſſe, itaut inde appareat iſtud munus annonarium antiquiſſimum eſſe, vtpotè inſtitutum 490. annis ante aduentum Seruatoris noſtri, & ſic ab illius inſtitutione, vſque ad præſentem annum
39 1634. effluxerunt 2124. anni. Annonæ prefuerunt ſemper magni grauiſſimique viri, quos longa ſerie congeram (Deo dante) in mea chronologia Præfectorum Annonæ, nunc ſatis eſt aliquos inſigniores antiquos referre, qui huiuſmodi munus (tempore quo Romana Reſpublica viguit) exercuerunt inter quos fuerunt, L. Valerius Flaccus, T. Quintus, Flaminius, L. Minutius, Craſſus Senior, & Craſſus Iunior, Quintus Mutius, Publius Lentulus, Scaurus, Maximus Scipio, qui à debellata Aphrica Aphricani cognomen meruit, Paulus Aemilius, Lucius Scipio, L. Lucullus, Cicero Eloquentia Pater, Magnus Pompeius, Iulius Cæſar perpetuus dictator, Manlius Martius, ac Trebius, qui ob egregiè Annonæ officium adminiſtratum ſtatuas in Capitolio, cum titulis honorum meruerunt, *hæc omnia deduntur ex Plutarch. in vit. Paul. Aemil. & in vit. L. Lucull. ex Ciceron. lib. 2. officior. ex Plin. lib. 8. cap. 17. & lib. 9. cap. 5. & lib. 34. cap. 7. & lib. 35. cap. 11. ex Polib. lib. 10. ex Sueton. in Iul. Cæſar. cap. 10. ex Liu. decad. 1. lib. 3. ex*
40 *Alex. ab Alex. genial. dier. lib. 4. d. cap. 4.* & poſt extinctam Romanæ Reipublicæ maieſtatem, Præfectura Annonæ demandata quoque fuit ſemper conſpicuis, ac patritij generis viris, ſub Imperio enim Cæſaris Auguſti, ac Tiberij iſto munere functus fuit Caius Turanius, *Cornel. Tacit. Annal. lib. 1.* & tempore Neronis Fenius Rufus, *Cornel. Tac. annal. lib. 13.*
41 Imperante Aureliano Præfecturam Annonæ, tenuit Flauius Arabianus, *Charond in cathalog. l. antiq. de leg. Iul. de annon. fol. 125.* Imperantibus Conſtan-
42 tino Magno, ac Licinio, anno Domini 317. huiuſ-

modi

43 modi Præfectura refulsit in Amabiliano, *ex inscri-*
ptione l. 3. de nauicular. in Cod. Theodos. & annis 318.
& 319. Præfectura Annonæ decoratus fuit profu-
turus, *ex inscriptione l. 1. de contrahend. empt. & l. 2. de*
44 *relat. in Cod. Theod.* & imperante solo Constantino,
huiusmodi Præfectura potitus fuit Cerealis anno
328. *ex inscriptione l. vnic. de mens. olear. in Cod. Theod.*
45 Sub Imperio Constantij, ac Constantis, circa an-
num Domini 354. Præfectus Annonæ fuit Mastri-
chianus, *ex inscriptione l. 1. C de hæredit. decurion.* Im-
46 perij clauum tenentibus Valentiniano, ac Valente
Præfecturam Annonæ exercuit annis Domini 365.
& 366. & 367. Maximus *ex inscriptione l. 3. & l. 6. de*
47 *annon. Ciuic. & pan. gradil. in Cod. Theod.* anno 368.
Præfectus Annonæ fuit Iulianus, *ex inscriptione l. 2.*
48 *de canon. frument. Vrb. Rom. in Cod. Theod.* anno 369.
Aurelianus *ex inscriptione l. 5. de præd. nauicul. in Cod.*
49 *Theod.* anno 372. Vrsinus *ex inscriptione l. 14. de pisto-*
50 *rib. & catabol. in Cod. Theod.* & sub Valente Gratia-
no, & Valentiniano II. Imperatoribus Præfecturam
Annonæ exercuit Gregorius *ex inscriptione l. nequis*
51 *de pistor. & catabol. in Cod. Theod.* & sub Valentiniano
II. Theodosio, ac Arcadio Præfecturam hanc gessit
Virilis, *ex inscriptione l. 21. de pistor. & catabol. in Cod.*
52 *Theod.* & deinde isto munere functi sunt alij Con-
sulares, Senatorijque viri (quos in particulari mea
53 chronologia congeram) donec exerceri incepit ab
vno ex Cameræ Apostolicæ Clericis, & nunc Præ-
fectura Annonæ ab Illustrissimo, ac Reuerendissi-
54 mo Octauiano Raggio, benignitate prouidentia,
55 ac vigilante refertissimo regitur hodie Præfectura
Annonæ, quamuis sit satis conspicua, non tamen
eam maiestatem, ac potestatem habet, quam antea
56 habebat, antiquitus enim tanta erat dignitas istius
Præfecturæ, vt certare aliquo modo videretur, cum
excelsa, & sublimissima Præfectura Vrbis; nam
Præfectus Annonæ ornato carpento vtebatur, sicut

Præ-

22

Præfectus Vrbis, *vt tradunt Cassiador. lib. 6. variar. cap. 18. Petr. Gregor. Theolosan. syntagm. iur. part. 3. lib. 47.*
57 *cap. 31. sub nu. 10. fol. 1278.* & potestas Præfecti Annonæ tanta erat, vt præesse videretur Vrbi, & Imperio, *vt aduertit Alex. ab Alex. genial. dier. lib. 6. cap. 20.*
58 *fol. mihi 965.* non solum enim de frumentaria re cum absoluta authoritate cognoscebat, sed etiam de omnibus ad victum quomodocumque pertinentibus,
59 & hac de causa appellatus fuit Præfectus Annonæ, quæ dicitur omnis annuus fructus, qui ad victum pertinet, *Luc. de Penn. in l. iubemus nu. 2. C. de erogat. milit. Annon. lib. 12. fol. 868. Petr. Gregor. Theolosan. syntagm. iur. part. 3. lib. 36. cap. 30. nu. 1. fol 739.* & Annonæ
60 appellatione continetur frumentum, panis, vinum, & alia edulia, & quoque salarium occasione victus, *l. 1. & l. iubemus C. de erogat. milit. Annon. lib. 12. Paul. de Castr. consil. 40. nu. 3. lib. 1. Anton. sola ad constit. Nou. sabaud. & Pedemont. in titul. de edict. Annon. gloss. 3.*
60 *num. 8.* Hodie Præfecto Annonæ subsunt Pistores ciambellarij, & mensuratores, & molendinarij, seu Pistrinarij, qui etiam antiquitus subiacebant Præfectis Annonæ, *vt habetur in l. 1. de Pistor. & catabol. & l. 3. de pœn. in Cod. Theodos.* CVIVSCVMQVE GRADVS, STATVS, ORDINIS, DIGNITATIS, AC CONDITIONIS, VEL
62 PRÆEMINENTIÆ, dicta verba de sui natura comprehendunt personas, quæ alias minimè comprehenderentur, *Ludou. Gomes. in proem. Regul. Cancellar. quæst. 4. circa princ. versic. dicta clausula fol. 10. Hier. Gonzalez super regul. octau. Cancellar. gloss. 38 nu. 1.*
63 *fol. 503.* Immò sunt tantæ potentiæ dicta verba, vt includant etiam Reges, *vt sic in Rota Romana decisum fuisse testatur Gomes. dicta quæst. 4. circa princ. versic. & nouissimè quo ad Regem Scotiæ fol. 10. & sequitur Gonzalez dicta gloss. 38. nu. 2. & quoque decisum fuit in Meliten. beneficij 14. Nouembris 1605. coram Penia, & à Rota apud Gregor. XV. decis. 240. nu. 4. & 5.* Et includunt etiam

S.R.E.

S. R. E. Cardinales, etiam Legatos à latere, *vt tradunt Cassador. decis. 1. sub nu. 3. versic. Ergo, & legatos de decret. in reseruat. Io: Baptist. Ferrett. consil. 357. sub num. 4. vol. 2. Ludouic. Gomes. dicta quæst. 4. circa princ. versic. & ideò fol. 10. Rot. in Firmana pensionis 26. Fe-*
65 *bruarij 1625. coram bon: memor. Remboldo.* Sed in casu nostro dicta verba non possunt operari, quod Cardinales censentur comprehensi sub iurisdictione Præfecto Annonæ concessa, stante quod in eodem Breui excipitur casus in quo agi contingat contra Ecclesiasticas personas, & sic Cardinales tamquam Ecclesiasticæ personæ excipiuntur à Præfecti An-
66 nonæ iurisdictione, vnde dicta verba, quamuis de sui natura apta includere Cardinales, ob tamen exceptionem, seu reseruationem personarum Eccle-
67 siasticarum illos includere nequeunt, sed benè comprehendunt omnes, & quascumque personas sæculares, quantumuis sublimis status etiam Comites, Marchiones, Duces, Principes, Principum, Re-
68 gumque, Oratores; Si enim præfata verba includunt Reges, *ex superius allegatis*. Quanto magis includere debent inferiores Regibus, *arg. Auth. multo*
G *magis C. de Sacr. Eccles.* PRIVATIVE' QVOAD OMNES, ET SINGVLOS ROMANÆ CV-
69 RIÆ IVDICES, dicta verba circa hoc omnem dubietatem adimit, si enim hæc verba apposita non fuissent posset dubitari, an iurisdictio concessa cen-
70 seretur priuatiuè, aut cumulatiuè, cum regulariter quælibet iurisdictio data censeatur cumulatiuè, cum alijs iudicibus ordinarijs, non autem priuatiuè, *Tiber. Decian. responsi 118. nu. 22. lib. 3. Prosp. carauit. sup. ritib. magn. Cur. adrit. 295. nu. 17. Farinac. cons. 51. sub nu. 4. lib. 2. Roman. consil. 393. nu. 1. & 2. & 3. & 4. & 5. Hier. Gratus responsi 71. num. 10. & 11. lib. 2. Ioan: Anton. Lanar. cons. 66. sub nu. 1. Grammatic. vot. 28. nu. 4. Ioan: Baptista Plot. cons. 53. nu. 3. Surd. cons. 56. nu. 19. Card. Caualer. decis. 617. nu. 3. Rota in recent. decis. 533. nu. 4.*

H *num. 4. par. 2.* NON TAMEN VBI AGI CONTINGAT VIGORE OBLIGATIONIS CA-

71 MERALIS. Non ſine cauſa exceptuatus fuit caſus in quo agatur vigore obligationis Cameralis, quia

72 propter facultates Auditori Cameræ conceſſas ipſe eſt executor priuatiuè, quo ad alios obligationis Cameralis, *Rata poſt Zacch. de obligat. Cameral. deciſ. 1.*

73 *nu. 19. & deciſ. 56. nu. 9. & deciſ. 75. nu. 1.* Aduertendum tamen eſt, quod obligatio Cameralis eſt digna ſpeciali nota vnde non cenſetur appoſita in inſtrumento, niſi expreſsè legatur, quamuis regulariter Notarij Curiæ Romanæ ſoleant formam Cameræ in inſtrumentis apponere, *vt decidit Rot. poſt Zacch. de obligat. Camer. dicta deciſ. 57. nu. 1. & 3. & 4. & 5.*

74 I ET ECCLESIASTICAS PESONAS, quia in Breue iuriſdictio ſuper Eccleſiaſticis perſonis reſeruatur Vicario Vrbis, ac Auditori Cameræ delucidare volui aliqua dubia, quæ occurrere poſſunt, circa id, & Primo an ſi Piſtores ſint creditores Equitum debeant illos conuenire coram Annonæ Præfecto, an verò coram Vrbis Vicario iſte articulus dependet ab inſpectione, an Equites ſint Eccleſiaſticæ perſonæ. Quia ſi tales ſunt vtique conueniendi erunt coram Vrbis Vicario, vel Auditore Cameræ, iuxta diſtinctionem apponendam num. 100. & num. 101. in hac quæſtione diſtinguendum puto.

76 Aut loquimur de Equitibus torquatis, qui crucem non geſtant, ſed deferunt torquem aureum, & vulgò nuncupantur *Caualieri d'ordine*, prout ſunt Equites Velleris aurei, alias del Toſone, inſtituti à Philippo Duce Burgundiæ anno 1429. Ac Equites Spiritus ſancti inſtituti ab Henrico III. Galliarum Rege anno 1579. Ac Equites Diui Michaelis Archangeli inſtituti à Ludouico XI. Galliarum Rege anno 1469. Ac Equites della Gartiera inſtituti ab Eduardo III. Angliæ anno 1350. Ac Equites Sanctiſſimæ Annunciatæ inſtituti ab Amadeo VI. Comite

Sabau-

77 Sabaudiæ anno 1409. & ſine difficultate affirmandum eſt iſtos nullo modo poſſe dici perſonas Eccleſiaſticas, cum nullum penitus ex votis ſubſtantialibus religionis profiteantur, *vt aduertit Petr. Gregor. Tholoſan. ſyntagm. iur. part. 2. lib. 5. cap. 35. num. 14. fol. 321. Ioan: Azor. inſtit. moral. lib. 13. cap. 6. fol. 120.*

78 *verſic. quarto, quæſumus, & verſ. præterea iſti.* Aut verò loquimur de Equitibus, qui nuncupantur *à ſproni d'oro*, ac de illis Equitibus Romanæ Curiæ, nempè Diui Petri, Diui Pauli, Equites Pij, Equites Lilij, ac alij, qui honoris, vel potiùs vtilitatis cauſa emunt tales Equitatus, qui potiùs officia appellari deberent, & pariter ſine aliquo ſcrupulo affirmandum eſt, tales Equites non poſſe dici perſonas Eccleſiaſticas,

79 cum ſint merè, ac prorſus laici, & nihil de religione participent, aut verò loquimur de Equitibus, qui crucem geſtant, & tunc iterum diſtinguendum eſt, quod aut vouent, & profitentur tria vota ſubſtantialia Religionis, nempè caſtitatem, paupertatem, ac obedientiam, aut aliquod ex dictis votis omittunt, ſi ſpondent, ac vouent, tria ſubſtantialia vota, tunc illi dici debent perſonæ Eccleſiaſticæ, prout

80 tales ſunt Equites Sancti Ioannis Hieroſolymitani, qui nunc vulgò *Caualieri di Malta* dicuntur, ipſi enim, quia emittunt tria vota ſubſtantialia, *vt legitur in eorum ſtabilimentis titul. de reg. cap. 1. & 2. & in*

81 *titul. de recept. fratr. cap. 1.* & propterea dicuntur perſonæ verè Eccleſiaſticæ, ac verè Religioſi, *Menoch. conſ. 54. nu. 17. vol. 1. Decian. reſponſ. ſi ſub nu. 9. vol. 3. Cacheran. deciſ. 27. ſub num. 18. Mohedan. deciſ. 10. ſub nu. 1. de cauſ. poſſ. & propriet. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 1. nu. 11. de probat. Rota poſt 2. lib. conſil. Farinac. deciſ. 303. ſub nu. 3. Rota in recentior. deciſ. 177. ſub num. 1. part. 2. & deciſ. 454. ſub nu. 3. eodem part. 2. Gregor. XV. deciſ. 87. nu. 2. & deciſ. 109. ſub nu. 1. & latè deciſum fuit in Parmen. bonorum 18. Iunij 1631. coram R. P. D. Durano.*

82 Aut verò loquimur de Equitibus, qui non emittunt

tria vota ſubſtantialia, & præſertim caſtitatis, cum vxores ducere poſſint, prout ſunt Equites Sancti Iacobi de Spatha, Equites de Calatraua, Equites de Alcantara, Equites Monteſiæ, Equites Sanctorum Mauritij, ac Lazari, Equites Ieſu Chriſti, vulgò *di Portogallo*, ac clariſſimi Equites Diui Stephani, &
83 quamuis non defuerint, qui voluerunt iſtos habendos eſſe pro perſonis Eccleſiaſticis, *vt latè demonſtro in meo tractatu de Aegidiana in iudic. poſſeſſor. cap.* 48.
84 Attamen iuxtà Sacræ Romanæ Rotæ opinionem tales Equites dici non debent perſonę Eccleſiaſticæ, *vt decidit Card. Seraphin. deciſ.* 121. *ſub nu.* 3. *&* 6. *&* 7. *quæ deciſio eſt eadem, cum deciſ.* 591. *part.* 1. *diuerſ. & ſic fuit quoque deciſum in Romana alimentorum* 21. *Iunij* 1627. *& in dicta Parmen. bonorum* 18. *Iunij* 1631. *coram R. P. D. Durano, nunc Epiſcopo Vrgellen.*
85 An autem Hęremitæ dici poſſint perſonæ Eccleſiaſticæ diſtinguendum eſt, aut loquimur de hæremitis, qui vel ſub certa, & particulari Religione viuunt, prout ſunt Hæremitæ Diui Auguſtini, Hæ-
86 remitæ Camaldulenſes, & Carthuſiani, vel non habent certam, & particularem religionem, ſed tamen ſimul degunt ſub aliqua regula approbata, prout ſunt Hæremitæ Mõtis Soractis, vulgò *Monte di Sant' Oreſte*, Hæremitæ Aſpræ in Sabinis, Hæremitæ Montis Caluarij *in territorio Panormitano*, & omnes
87 iſti appellari debent perſonæ Eccleſiaſticæ, *Mar. Alter. in tract. de centur. Eccleſiaſt. lib.* 5. *diſput* 16. *cap* 1. *fol.* 675. *& latiſſimè Carol. de Graſſ. de effect. cleric. effect.* 1.
88 *nu.* 106. *& ſeq. fol.* 85. aut verò loquimur de hæremitis vagis, & qui ad eorum libitum modo huc, modo illuc peruolant, & qui vocantur locuſtæ, carentes capite, & Rege, *vt dixit gloſſ. in can. qui verè in littera*
89 *M. in verbo verò verſic. quia ſunt locuſtæ* 169. 1. & iſti nullo modo appellari debent, aut poſſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, *Card. Zabarell. in clem. per litteras ſub nu.* 9. *in fin. de præbend. & dignitat. Mar. Alter. in tract.*

de

de censur. lib.5. disput.16. dicto cap.1. circa fin. fol.176. & post alios firmat. Carol. de Graff. de effect. cleric. dicto effect.1. sub nu.107. fol.85.

90 An conuersi alicuius Religionis approbatæ dici possint personę Ecclesiasticæ, affirmatiuè resoluendum est, quia re vera conuersi emittunt tria vota substantialia, *vt resoluunt Nauarr. cons.2. sub nu.4. de regularib. Mar. Alter. de censur. Ecclesiast. lib.5. disp.13. cap.3. fol.648. col.2. circa med. versic. alij conuersi latè Carol. de Graff. de effect. cleric. effect.1. nu.96. fol.84.*

91 An nouitij alicuius Religionis approbatę dici debeant personæ Ecclesiasticæ, affirmatiuam opinionem, *probant Philip. Franc. in cap. religioso §. quamuis sub nu.1. in fin. de sent. excommun. in 6. Petr. de Ancharan. in cap. statuimus sub nu.8. versic. quod non est verum de regularib. Card. Alexandrin. in can. in nomine Domini sub nu.21. dist.23. fol.97. & alij congesti à Carol. de Graff. de effect. cleric. dicto effect.1. sub nu.78. versic. infra annum fol.79.* quia nouitij seruant tria vota substantia-
92 lia, & quamuis id non faciant irreuocabiliter, cum ante professionem emissam possint exire à religione; nihilominus donec in Religione existunt reputantur personæ Religiosæ, ac Ecclesiasticæ, nam interim seruant tria religionis substantialia vota, *vt arguunt Stephan. Costa in repetit. dicti cap. religioso sub nu.13. versic. item nouitius de sent. excomm. in 6. fol.446. Abb. cons.53. sub nu.2. part.1. Federic. de Senis cons.32. sub nu.10. circa fin. Card. Hostien. in dicto cap. statuimus sub num.4. in fin. de regular. Andr. Tiraquell. de retract. lignag. §.1. gloss.8. sub nu.24. fol.47.*

93 An verò Clerici primæ tonsuræ dici possint Ecclesiasticæ personæ, quo ad fori priuilegium, itaut conueniri debeant coram Vicario Vrbis, vel Auditore Cameræ, iuxtà distinctionem infradicendam nu. 100. & nu. 101. omissis varijs Doctorum opinionibus, quas lector ad satietatem videre poterit, *in meo tractatu de Aegidiana in iudicijs possessorijs cap.53.*

dico quod ex sanctione Sacri Concilij Tridentini *in cap. 6. incip. nullus primæ tonsuræ sess.* 23. ad hoc, vt prima tonsura initiatus priuilegio fori gaudere debeat necesse est, quod beneficium Ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiat, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines susciendos versetur. An verò pœnitentes, seu Tertiarij Diui Francisci, dici debeant personæ Ecclesiasticæ, negatiua opinio verior est, quam comprobant, *Calderin. cons.7. nu.2. de iudic & for. compet. Mynsinger. respons.* 100. *sub nu.* 17. *decad.* 10. *fol.* 76. *Marc. Anton. Eugen. qui de veriori opinione testatur cons.* 26. *sub num.* 15. *&* 16. *&* 17. *&* 18. *& per tot. vol.* 1. *& post alios veriorem opinionem esse fatetur Carol. de Grass. de effect. clericat. dicto effect.* 1. *sub nu.* 93. *fol.* 82.

95 Quia isti tales non vouent paupertatem, cum bona possideant, non obedientiam, quia seiunctim, ac in proprijs domibus viuunt, non castitatem quia vxore ducere possunt, vt vltra prædictos Doctores, *aduertit gloss. in clem. cum ex eo in litera M. versic. sed iste tertius, & in litera N. de sent. excomm.*

96 Secus verò dicendum est de Tertiarijs, qui collegialiter viuunt, & castitatem, ac paupertatem, & obedientiam vouent, illi enim dici debent personæ Ecclesiasticæ, *vt distinguunt, & declarant Eugen dicto cons.* 26. *nu.* 59. *&* 60. *&* 61. *Nauarr. cons.* 19 *sub nu.* 1. *de regular. Carol. de Grass. de effect. clericat. dicto effect.* 1. *sub nu.* 93. *versic. tertius est ordo fol.* 83.

97 Et sic dicendum est de mulieribus Tertiarijs, quę ab alijs Mantellatæ, ab alijs Beguinæ, ab alijs Bizzochæ appellantur; si enim collegialiter viuunt, & tria vota profitentur dici debent personæ Ecclesiasticæ. 98 Si verò separatè viuunt, nec vota substantialia voueant, non reputantur personæ Ecclesiasticæ, *vt distinguunt, & declarant Ioan: Bolognett consil.* 22. *nu.* 37.

nu. 37. *&* 38. *&* 39. *&* 40. *Eugen. dicto consil.* 26. *nu.* 58. *vol.* 1. *Rota decis.* 8. *de iurepatronat. in antiq.* & sic distinxisse congregationem Sacri Concilij in vna Anconitana testatur, *Farinac. in addition. ad eius opera ad quæst.* 8. *sub n.* 46. *in vigesima ampliatione fol. mihi* 15.

99 K IN QVIBVS CASIBVS Summus Pontifex reseruat iurisdictionem Vicario Vrbis, ac Auditori Cameræ, quando agi contingat vigore obligationis Cameralis, vel contra Monasteria, vel alia loca Pia, & Ecclesiasticas personas, sed dubitari potest, an dictis casibus cumulatiuè Vicarius Vrbis, ac Auditor Cameræ procedere possint. Existimo ipsos procedere debere, iuxtà distinctionem, ac sanctionem felicis recordationis Pauli Quinti super reformation. Tribunal. Vrb. *in titul. de Auditore Cameræ, & eius Tribunal.* vbi disponitur, quod executio obligationis pertineat ad Auditorem Cameræ priuatiuè ad alia Tribunalia, præterquam in instrumentis dependentibus à causis, & actis in Tribunalibus huiusmodi gestis, & quo ad clericos ratione originis, vel beneficij Romanas, & loca pia sit locus præuentioni inter Auditorem Camerę, ac Vrbis Vicarium.

102 L VRBIS NOSTRÆ VICARIVS, AC AVDITOR CAMERÆ sub istis verbis includuntur

103 Vicesgerens, ac Locumtenens Vicarij sicut, & Locumtenentes Auditoris Cameræ, quia genus complectitur omnes species, *l. omnes C. de præscripe.* 30. *annon. Crot. cons.* 117. *nu.* 4. *Syluan. cons.* 72. *num.* 2. *Natt. cons.* 98. *nu.* 14. *& cons.* 445. *nu.* 11. Immò genus propriè dicitur adesse in qualibet specie *Surd. decis.* 255.

105 *sub num.* 20. & propriè includere dicitur quamlibet speciem, *Menoch. cons.* 266. *nu.* 69. *vol.* 3.

106 M PROCEDERE DEBEANT, PROVT PROCEDI MANDAMVS. Ista verba manifestè demonstrant Vrbis Vicarium, ac Auditorem Cameræ, omninò teneri iudicare, iuxtà facultates Præfecto Annonæ concessas, nam illa verba (procedi

mandamus) & illud verbum (debeant) neceſſita-
107 tem, & coactionem important, *l.* 1. §. 1. *ff. quodquiſq; iur. l. prætor. in princ. ff. de cdend. gloſſ. in clem.* 2. *in verb. debent de ſtat. Monachor. Tiraquell. de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ* 15. *nu.* 1. *Ioſeph. de ſeſſ. deciſ Aragon.* 230. *nu.* 15. *Rota in recentior. deciſ.* 79. *nu.* 1. *& deciſ.* 276. *nu.* 2 *p.* 1.

108 N SVMMARIE' iſta clauſula eſt magnæ efficaciæ; operatur enim, vt iudex pronunciare, abſq; incurſu in nullitatem poſſit in alio, quam ſit petitum, & vt valeat ſententia, etiam non conformis libello, ſeu petitioni, *Caputaq. deciſ.* 126. *num.* 1. *part* 3. *Rota diuerſor. deciſ.* 256. *ſub num.* 2. *&* 3. *par.* 1 *& deciſ.* 44. *nu.* 2. *&* 3. *&* 4. *part.* 2. *Rota in recentior. deciſ.* 611. *ſub*
109 *nu.* 5. *part.* 1. *Greg. XV. deciſ.* 186. *nu.* 1. *&* 2. vbi ſubdit ſtante huiuſmodi clauſula non attendi, quod petie-
110 rit actor, ſed quod appareat illi deberi. Similiter iſta clauſula operatur, vt non requiratur ſolemnis libellus, ſeu petitio, ſed ſufficiat qualis qualis petitio, ſeu qualis qualis intentionis apud acta explicatio, *Didac. Perez in ordination. Reg. Regn. Caſtell. par.* 1. *lib.* 3. *titul.* 1. *in rubric. de los iuizios fol.* 752. *verſ. quamuis autem. Franciſc. de Auil. ad leg. prætor.* 36. *in verb. Summa-*
111 *rias ſub nu.* 1. *&* 3. *&* 4. *&* 6. *fol.* 227. nec requiratur litis conteſtatio *Mynſinger. decad.* 1. *reſponſ.* 6. *num.* 34. & abſque aliqua litis conteſtatione poſſit deueniri
112 ad teſtium examen, & ad ſententiam, *Mynſinger. de-*
113 *cad.* 1. *dicto reſponſ. nu.* 37. & operatur etiam, vt reijci debeant exceptiones requirentes altiorem indaginem, *Lanfranc. de Orian. in repetit. Clem. ſæpè nu.* 11. *de verbor. ſignific. & ibid. Petr. de Ancharan. ſub num.* 21.
114 *verſic. ſed circa.* & vt neceſſaria non ſit concluſio in cauſa, *Menoch. de arbitr. iudic. lib.* 1. *queſt.* 35. *ſub nu.* 11.
115 quia in ſummarijs nō requiritur concluſio in cauſa, *Marant. in ſuo ſpecul. par.* 4. *diſt.* 9. *num.* 23. *& part.* 6. *in quintodecimo actu ſub nu.* 45. *Capic. deciſ.* 1. *ſub num.* 34. *&* 35. *Afflict. deciſ.* 272. *ſub num.* 4. *Aſin. in prax.* §. 3. *capit.* 11. *in fin. &* §. 27. *cap.* 7. *ſub num.* 1. *&* 2. *Proſp.*

Ca-

Carauit. sup. ritib. Magn. Cur. rit. 75. num. 1. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 12. nu. 8. & num. 12. fol. 603. Bellamer.
611 *decis. 55. sub num. 2. in fin.* & operatur quoque dicta clausula, vt procedi debeat de bono, & æquo, *Anton.*
117 *Ciof. cons. 81. num. 2. vol. 2.* & hac de causa stante huiusmodi clausula, etiam pactum nudum parit actionem, quia quotiescumque proceditur de æquitate,
118 & de bono, & æquo, actio oritur ex pacto nudo, *Iaf. in l. ius gentium §. sed cum nulla sub nu. 4. & 11. & 12. ff. de pact. Alex. cons. 41. sub nu. 3. vol. 3. & cons. 113. sub nu. 11. vol. 6. Angel. de Peruf. cons. 353. sub num. 3.*
119 *versic. hoc præmisso*, non tamen dicta clausula SVMMARIE operatur, vt omitti possit legitimatio per-
120 sonarum, quia illa requiritur in quibuscumque iudicijs quantumuis summarijs, ac executiuis, *Rota post Zacch. de obligat. Camer. decis. 76. nu. 6. Rota in recent. decis. 18. nu. 3. & decis. 142. nu. 2. par. 1. & decis. 28. nu. 4.*
121 *par. 2. Greg. XV. decis. 264. nu. 2.* nec etiam operatur, vt omitti possint solemnitates necessariæ, sed tantum illæ, quæ ad ornamentum iudicij introductæ sunt, *Gonzalez ad regul. Cancellar. 8. de mensib. & alternatiu. §. 7. præmial. nu. 218. & 219. fol. 82. vbi plures decisiones cumulat. Marches. de commission. aperition. oris par. 2.*
122 *§. vnic. sub nu. 68. fol. 417.* nec vt omitti possit iuramentum calumniæ si petitum fuerit, *Rota post Zacch. de oblig. Camer. decis. 79. à nu. 2. vsque ad fin. Rota in recentior. decis. 82. nu. 3. par. 1. Card. Mantic. decis. 33. nu. 4.*
123 *Rota in nouissim. diuers. decis. 116. num. 4. par. 4.* nec vt necessaria non sit actorum transportatio, quando essemus in secunda, seu vlteriori instantia, *Rota in nouissim. diuersor. decis. 106. nu. 1. par. 4.*
124 O SIMPLICITER, ET DE PLANO. Iste tollunt non essentiales solemnitates iudicij, *Dec. in dicto*
125 *cap. dilecti filij sub nu. 9. de iudic.* non tamen substantiales, *Card. Seraph. decis. 377. nu. 7. Rota diuers. decis.*
126 *645. nu. 6. par. 1.* & excludunt processum rigorosum,
127 *Dec. ibidem nu. 7. & ibi Abb. nu. 4.* & operantur, vt iu-

dex

dex incipere posſit ab articulis ijſque probatis ſtatim progredi ad ſententiam, *Mynſinger. ſingular. obſeruat. Camer. Imperial. centur. 3. obſeruat. 70. in princip. fol. 78.*

128 & vt non requiratur litis conteſtatio, *Mynſinger. vbi ſupra circa princip. Lanfranc. de Oriano in repetit. d. Clem. ſæpè nu. 32. de verbor. ſignificat.* & vt neceſſarius non

129 ſit libellus, *Petr. de Anchar. in d. Clem. ſæpè ſub nu. 30.*

130 & vt procedi poſſit die feriato ob neceſſitatem hominum, *Ancharan. ibidem ſub num. 30. Rota Pedemontana apud Cacheran. deciſ. 1. nu. 8. in fin.*

131 P SINE STREPITV, ET FIGVRA IVDICII, clauſula hæc operatur, vt non requiratur libellus, ſed ſufficiat qualis qualis petitio, *Marant. in ſuo ſpecul. par. 4. diſt. 9. num. 12. fol. 155. Franciſc. de Auil. ad leg. prætor. d. cap. 36. in verb. Summarias ſub nu. 1. & 3. & 4.*

132 *fol. 227.* & vt poſsit inchoari iudicium ab articulis, ab quæ eo, quod præcedat aliquis libellus, ſeu petitio, *Marſil. ſingul. 102. ſub nu. 1. Mynſinger. decad. 1. reſp. 6. num. 38. Franciſc. de Auil. vbi ſupr. d. cap. 36. in verb. Summarias ſub num. 4. fol. 227. Marant. vbi ſupra dicta diſt. 9. nu. 18. fol. 155. Rota deciſ. 2. ſub nu. 1. de reſcript. in nou.*

133 & vt non requiratur litis conteſtatio, *Franciſc.*

134 *Auil. vbi ſupr. ſub nu. 4. fol. 227.* nec concluſio in cauſa, *Bartol. in dicta extrauag. ad reprimendum in verb. & figura, verſic. an requiratur concluſio in titul. quomod. in læſæ maieſtat. Marant. vbi ſupra diſt. 9. num. 23. fol. 156.*

135 & vt valeat proceſſus abſque publicatione, *Marant.*

136 *vbi ſupra num. 22. fol. 155.* & vt cauſa agi poſsit etiam diebus feriatis ob neceſsitatem hominum, & non obſtantibus alijs ferijs, dummodo non ſint in honorem Dei, *Petr. de Ancharan. in dicta Clem. ſæpè num. 34. de verbor. ſignific. Bartol. in dicta extrauag. ad reprimendum in verb. & figura, verſic. ſed an procedi poſſit tempore feriato, Marant. vbi ſupra diſt. 9. fol. 155. Flau. Tort. in adnotation. ad ſtatut. ciuil. ciuitat. Papiæ ad tertium ſtatutum nu. 31. fol. 229. Georg. Natta in repetit. dictæ Clem. ſæpè §. quæ omnia ſub nu. 88. de verbor. ſignific. fol. 135.*

Rota Pedemont. apud Cacheran. decis. 1. sub nu. 8. in fin.

137 & vt iudex possit nulla data sententia iubere res capi, & distrahi, *Rota in recentior. decis. 446. sub num. 1.*

138 *par. 2.* & vt iudex cogi non possit pronunciare super emergenti, seu incidenti, sed possit illo omisso ad negotium principale deuenire, vel simul vtrumque cognoscere, *Marant. vbi supra d. dist. 9. nu. 26. fol. 156.*

139 & vt iudex terminos substātiales abbreuiare possit, *Addentes ad Rotam dicta decis. 2. sub num. 7. & 8. de re-*

140 *script. in nou.* & vt iudex dilationes legales restringere, ac diminuire possit, *Marant. vbi supra dicta dist. 9.*

141 *sub nu. 22. fol. 155.* immò dicta clausula operatur, vt iudex non teneatur seruare solemnitates inductas à iure positiuo, sed attendere dumtaxat possit ius gentium, seu naturale, *Bartol. in dicta extrauag. ad reprimendum in verb. & figura circa princip. versic. tu dic quod iudex, idem Bartol. in l. filius familias nu. 4. ff. de donation. Marant. vbi supra dicta distinct. 9. sub nu. 8. & sub nu. 11. fol. 153. & 154. Ancharan. in dicta Clem. sæpè*

142 *num. 35. & 36. de verbor. significat.* contra tamen iuris naturalis, seu gentium dispositionem, seu naturalem æquitem nullo modo disponere potest iudex, & hinc est quod virtute huiusmodi clausulæ SINE

143 STREPITV, ET FIGVRA IVDICII. Iudex omittere non potest citationem partis, nec sine citatione procedere, *Bartol. in d. extrauag. ad reprimendum in verb. & figura, versic. quæro igitur Ancharan. in dicta Clem. sæpè sub nu. 37. de verb. signific. & ibi Georg. Natta in §. quæ omnia num. 81. Oldrad. consil. 115. circa princ. Morant. vbi supra dicta dist. 9. nu. 9. fol. 153. Rota*

144 *Pedemontana apud Cacheran. decis. 79. nu. 13.* quia solemnitas citationis est de iure naturali saltem respectu defensionis, *vt tradunt Doctores, ac alij infra allegati nam.* 145 *119. & 120.* Similiter iudex vigore huiusmodi clausulę omittere non potest legitimationem personarum, *Ancharan. in dicta Clem. sæpè sub nu. 37. de verb. signif. & ibi Georg. Natta in §. quæ omnia nu. 82.*

Bartol.

Bartol. in dicta extrauag. ad reprimendum in verb. & figura, verſicul. item an ſit neceſſe. quia alias ſequeretur
146 quod quis vexari poſſet à non creditore, & quis ſoluere cogeretur non verò creditori, & alia abſurda euenire poſſent, quæ repugnat naturali æquitati, *vt*
147 *prædicti Doctores aduertunt*. Pariter ſub prætextu huiuſmodi clauſulæ omitti non poterit iuramentum calumniæ ſi petitum fuerit, *Bartol. in dicta extrauag. ad reprimendum in verb. & figura, verſic. Item an de calumnia ſit iurandum. Petr. de Ancharan. in dicta Clem. ſæpè num. 41. de verbor. ſignificat. & ibi Georg. Natt. in §. quæ*
148 *omnia nu.* 89. Ratio autem huius concluſionis adducitur inferiùs *nu.* 124. & 125. ſimiliter iudex vigore talis clauſulæ admittere non poterit teſtes non iuratos. *Bartol. in dicta extrauag. ad reprim. in verb. & figura, verſic. item an dictis cauſis Georg. Natt. in repetit. d. Clem. ſæpè §. quæ omnia nu.* 93. *de verb. ſignific. vide rationem*
149 *infra à nu.* 136. *vſque ad nu.* 150. nec nouos teſtes admittere poſt didicita teſtificata, *Bartol. vbi ſupra in verb. & figura, verſic. ſed an in hac cauſa, Georg. Natta vbi ſupra in dicto §. quæ omnia num.* 97. *rationem inſpice, infra num.* 203.

150 Nec reijcere exceptionem rei iudicatæ, *Bartol. vbi ſupra in verb. & figura, verſic. item, an poterit opponi Ancharan. in dicta Clem. ſæpè nu.* 38. *de verb. ſignific. & ibi Georg. Natt. in §. quæ omnia nu.* 87. *conferunt tradita inferiùs nu.* 129. vbi aſſignatur ratio.

151 Nec poterit iudex vigore dictæ clauſulæ vni tantum teſti credere, quia de iure diuino eſt, vt probatio fiat per duos ſaltem teſtes, iuxtà illud in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, *Ita arguunt Bart. in d. l. filius familias ſub nu.* 4. *ff. de donation. Corn. conſ.* 163. *nu.* 7. *&* 8. *&* 9. *vol.* 2.

152 Nec teſtes examinare facere abſque partis citatione, quia ſic auferret iudex defenſionem, quæ eſt de iure naturali, *Ita probant Bartol. in dicta l. filius familias ſub nu.* 4. *ff. de donation. Bartholom. Bertazol. conſil.*

crimi-

criminal. 349. *nu.* 23. *lib.* 2. *cum alijs adductis à Farinac. de oppositione contra dicta testium quæst.* 72. *cap.* 1. *nu.* 13. *& 14. & 15. & 16. fol.* 262.

153 Q. MANV REGIA, hac clausula tollit appellationem, *Achill. Personal. de petit. hæredit. nu.* 561. *fol.* 282. *Scacc. de appellation. quæst.* 16. *limit.* 1. *num.* 77. *fol.* 395.

154 & per eam censetur data facultas procedendi de fa-

155 cto, *Rot. in recent. decis.* 446. *sub nu.* 1. *par.* 2. & operatur, vt iudex recedere possit à regulis iuris, *Quintil.*

156 *Mandos. cons.* 96. *sub num.* 6. & procedere possit tam-

157 quam Princeps, *Idem Mandos. cons.* 64. *sub nu.* 11. nec attendere teneatur ordinem iudiciarium, *Idem Man-*

158 *dos. dicto cons.* 96. *sub nu.* 6. nec aliquam solemnitatem iuris positiui, *Crot. cons.* 80. *nu.* 10. *vol.* 1. *Rotæ Marchiæ Anconitanæ apud Gratian. decis.* 68. *sub num.* 4. *in fin. &*

159 *nu.* 5. intelligendo tamen de solemnitate, quæ concernit iudicium, non de ea, quæ concernit iustitiam, & merita causæ scilicet illa, sine qua veritas, & iustitia cognosci non potest, quia illa dicitur substantialis, nec potest omitti à iudice, quia si omitteretur resultaret iniustitia, & læsio alteriùs, quæ iure naturali prohibetur, *Ita intelligi debent Rota in recent. decis.* 490. *sub num.* 6. *part.* 1. *Card. Seraphin. decis.* 377.

160 *num.* 7. *Rota diuersor. decis.* 445. *num.* 6. *par.* 1. clausula enim ista naturalem dispositionem, seu æquitatem non lædit; *Ioan: Crot. consil.* 80. *sub num.* 10. *vol.* 1. &

161 hinc est, quod vigore huiusmodi clausulæ iuramentum calumniæ omitti non poterit si petatur, *Rota post Zacch. de obligat. Camer. decis.* 79. *nu.* 3. *&* 4. *Rota in recentior. decis.* 82. *nu.* 3. *part.* 1. *& conferunt alij allegati inferiùs nu.* 180. *&* 181. *&* 182 *vbi additur ratio.*

162 R SOLA FACTI VERITATE INSPECTA, ista clausula est adeò potens, vt plus operetur illa sola, quam omnes clausulæ illæ (Summariè simpliciter de plano sine strepitu, & figura iudicij) *Mynsinger. obseruat. Camer. Imperial. centur.* 2. *obseruat.* 44. *in princ. Alex. cons.* 84. *sub nu.* 13. *in fin. lib.* 4. *Bertrand.*

cons.

conſ. 197. *nu.* 2. *vol.* 3. *Roman. conſ.* 20. *ſub nu.* 8. *in fin. & ibi Addentes in litera K. alios cumulant Marta de clauſul. par.* 1. *clauſul.* 368. *nu.* 4. *Rota Pedemontana apud Cacheran. deciſ.* 1. *ſub num.* 20. ita & taliter, vt iudex vigore
163 huiuſmodi clauſulæ (ſola facti veritate inſpecta) poſſet procedere, tamquam Princeps. *Neuizan. conſ.* 80. *nu.* 39. *Guid. Pancirol. conſ.* 11. *ſub nu.* 13. *Rota Marchiæ Anconitanæ apud Gratian. deciſ.* 68. *nu.* 4. *&* 5. &
164 vt procedere poſsit manu Regia, *Niconit. in cap. quoniam contra nu.* 808. *de probation. Roland. à Vall. conſ.* 53. *num.* 14. *vol.* 2. *Rota Marchiæ Anconitanæ apud Gratian. dicta deciſ.* 68. *num.* 4. *Scacc. de appellation. quæſt.* 16. *limitat. ſub num.* 78. *fol.* 395. qui inde infert, quod iſta
165 166 167 clauſula (ſola facti veritate inſpecta) tollat appellationem, nam ſicut à ſententia Regis non datur ap-
168 pellatio, ita nec à ſententia lata manu Regia, & ita etiam dici debet à ſententia lata ſola facti veritate inſpecta, *& hoc idem voluit Barboſ. de clauſul.* 101. *nu.* 8.
169 immò dicta clauſula (ſola facti veritate inſpecta) operatur, vt iudex poſſit ſoli veritati niti videlicet, vt iudicare poſſit ſecundum veritatem, non ſecundum acta, & probata, *vt tradunt Gerard. Mazol. conſil.* 89. *ſub nu.* 97. *& conſ.* 90. *ſub nu.* 137. *Dec. in cap. dilecti filij nu.* 13. *&* 14. *de iudic. Iaſ. in §. bone fidei nu.* 49. *de action. Brun. de ceſſion. b. norum quæſt. quinta principali num.* 6. *fol.* 113. *Neuizan. conſ.* 80. *ſub num.* 39. *Simon de Pretis conſ.* 121. *ſub nu.* 19. *Menoch. conſ.* 180. *ſub nu.* 7. *vol.* 2. *Riminald. Iun. conſil.* 115. *ſub num.* 5. *lib.* 2. *Ioan: Petr: Bimius conſ.* 34. *ſub num.* 32. *Peregrin. conſ.* 24. *ſub nu.* 12. *vol.* 1. *Bartholom. Bertazol. conſ. crimin.* 455. *nu.* 44. *vol.* 2. *Roland. à Vall. conſ.* 53. *num.* 15. *vol.* 2. *Rota Pedemontana apud Cacheran. dicta deciſ.* 1. *ſub nu.* 20. *Mynſinger. obſeruat. Camer. Imperial. centur.* 2. *dicta obſeruat.* 44. *in fin. Ioan: Aloyſ. Ricc. collectan. deciſ. par.* 3. *dicta collectan.* 699. *verſ. ſecundo quia fol.* 335.

170 Et vt ſpecialiter omnes iſtius clauſulæ operationes narrentur ſciendum eſt, huiuſmodi clauſulam

primo

primò operari, vt iudex procedere, & iudicare possit inspecto solum iure diuino naturali, & gentium, nec astringitur seruare ius ciuile, *Francisc. Aret. cons.* 84 *sub nu* 3. *Roland. à Vall. cons.* 7. *num.* 32. *vol.* 3. *Bartholom. Bertazol. consil. criminal.* 445. *nu.* 44 *vol* 2. *Gerard. Mazoll. cons.* 89 *nu.* 97. *Grammatic. decis.* 19. *nu.* 4. *Rota Bononien. diuersor. decis* 30. *nu.* 28. *& decis.* 65. *nu.* 140.

171 *Ioan: Petr. Bimius cons.* 34 *sub num.* 32. nec ius municipale, aut statutarium, *Ioan: Petr. Bimius dicto cons.* 34. *sub nu.* 32.

172 Secundò operatur, vt iudex stante huiusmodi clausula non teneatur seruare ordinem aliquem iudiciarium, nec aliquam formam, seu solemnitatem inductam à iure aliquo positiuo, *Dec. in d. cap. dilecti filij nu.* 12. *de iudic. & cons.* 449. *nu* 21. *vol.* 2. *Crot. cons.* 375. *nu.* 10. *vol.* 3. *Iacob. Aemilian. cons.* 67. *nu.* 4. *Guido Pancirol. cons.* 11. *sub nu.* 13. *Riminald. Iun. dicto cons.* 115. *sub nu.* 5. *vol.* 2. *& cons.* 594. *nu.* 3. *vol.* 5. *Ro-*

173 *land. à Vall. dicto cons* 53. *sub nu.* 13. *vol.* 2. & hinc est, quod stante huiusmodi clausula non requiritur libellus, sed sufficit qualis qualis petitio, nec litis contestatio, nec necessarium est peremptorium, nec requiritur conclusio in causa, quia istæ solemnitates de iure positiuo introductę sunt, *vt firmant Lanfranc. de Orian. in repetit. dictæ Clem. sæpè nu.* 6. *de verb. signif. fol.* 82. *Roman. singular.* 792. *sub nu.* 2.

174 Tertiò operatur, vt iudex possit ad sui libitum recedere à regulis iuris, *Roland. à Vall. cons.* 53. *nu.* 13. *vol.* 2. *Aemilian. consil.* 67. *sub num.* 1. *in fin. & num.* 2. *Peregrin. cons.* 24. *sub nu.* 12. *vol.* 1. *& cons.* 2. *sub nu.* 22. *eod. vol.* 1. *Riminald. Iun. cons.* 42. *nu.* 41. *vol.* 1. *Grammatic. decis.* 19. *nu.* 5.

175 Quartò operatur, vt iudex reijcere possit omnes iuris subtilitates, & quascumque exceptiones, dummodò non contineant naturalem æquitatem inspiciendo solum ipsam veritatem, *Aretin. dicto cons.* 84. *sub nu.* 3. *Simon de Pretis cons.* 177. *sub nu.* 3. *&* 4. *Guido*

Pancirol. conſ. 11. *ſub num.* 13. *Roland. à Vall. conſil.* 7. *nu.* 34. *vol.* 3. *Aſin. in prax. indiciar.* §. 3. *cap.* 4. *nu.* 13. *&* 14. *Menoch. dicto conſ.* 180. *ſub nu.* 7. *vol.* 2. *Lanfranc. de Orian. in repetit. dictæ Clem. ſæpè ſub nu.* 6. *de verbor. ſignific. fol.* 81. *Marcheſan. de commiſſion. aperition. oris par.* 2 §. *vnic. nu.* 72. *fol.* 418. *Rimin. Iun. d. conſ.* 115. *ſub num.* 5. *lib.* 2.

176 Citationem autem iudex ſub prætextu huiuſmodi clauſulæ omittere non poterit, *text. in dicta Clem. ſæpè in verb. citationem verò de verbor. ſignificat. & ibi canoniſtæ, Dec. in dicto cap. dilecti filij num.* 23. *de iudic. Marant. de ordin. iudic. part.* 4. *tit. & an ſit iudex competens nu.* 9. *Barboſ. de clauſul. dicta clauſul.* 103. *num.* 8. *Marcheſ. de commiſſion. aperit. oris par.* 2. §. *vnic. nu.* 74. *fol.* 418.

177 Quia citatio non ſolum eſt iuris naturalis, *Bartol. in dicta extrauag. ad reprimendum in verb. & figura, verſic. quæro igitur quomod. in læſ. maieſtat. Petr. de Ancharan. in dicta Clem. ſæpè ſub num.* 35. *&* 36. *de verbor. ſignific. Grauat. ad veſtr. lib.* 3. *cap.* 22. *in litera D. nu.* 22. *fol.* 52. *Crot. conſ.* 269. *nu.* 39. *vol.* 2. *& conſ.* 371. *nu.* 29. *vol.* 3. *Dec. in dicto cap. dilecti filij nu.* 23. *de iudic. Rot.*

178 *Ianuen. apud Chartar. deciſ.* 21. *num.* 14. ſi non per ſe ſaltem propter defenſionem, quæ ei ineſt, *Syluan. conſ.* 63. *nu.* 19. *vol.* 2. *Marſet. conſ.* 8. *ſub nu.* 31. *Soccin. Iun. conſ.* 108. *nu.* 50. *vol.* 2. *Sebaſtian. Vant. de nullit. in*

179 *titul. de nullit. ex defect. citat. nu.* 6. *fol.* 188. ſed etiam de iure diuino, quia Deus primum hominem delinquentem citauit, dicendo Adam vbi es, *Petr. de Ancharan. in dicta Clem. ſæpè ſub nu.* 37. *de verb. ſignif. Soccin. Iun. d. conſ.* 108. *num.* 51. *vol.* 2. *& conſ.* 122. *ſub nu.* 36. *vol.* 2. *Iaſ. conſ.* 177. *nu.* 17. *vol.* 2. *Giganſ. de pen-*

180 *ſionib. quæſt.* 37. *num.* 7. legitimationem perſonarum ſimiliter iudex, etiam ſtante tali clauſula omittere non poterit, *Georg. Natt. in repetit. dictæ Clem. ſæpè* §. *quæ omnia nu.* 82. *de verb. ſignif. Marcheſan. de commiſſ.*

181 *aperit. oris par.* 2. §. *vnic. ſub nu.* 74. *fol.* 418. iuramen-

tum quoque calumniæ (si petatur) debet præstari alias quidquid fiet subiacebit nullitati, etiam quando agitur, sola facti veritate inspecta, *text. in d. Clem. sæpè in verb. ac præstationem iuramenti calumniæ de verb. significat. Anton. Augustin. in repertor. titul. de iureiur. nu.* 15. *Card. Put. decis.* 398. *per tot. lib.* 2 *in veter impress. & decis* 388. *per tot. lib.* 2. *in nou. impress. Rota post Zacch. de obligat. Camer. decis.* 79. *num.* 2. *&* 3. *&* 4. *vsque ad nu.* 8. *Rota in recentior. decis.* 82. *nu.* 2. *&* 3. *&* 4. *part.* 1. *Marchesan. de commission. aperition. oris par.* 2. *§. vnic. sub nu.* 74. *fol.* 418. *Seraph. de priuileg. iurament. priuileg.*
182 22. *nu.* 67. *Barbos. dicta clausula* 103. *num.* 10. & ratio est, quia istud iuramentum est de iure diuino, & ideò omitti non potest, *Bartol. in dicta extrauag ad reprimendum in verb. & figura, versic. Item an de calumnia Georg. Natt. in repetit. dictæ Clem. sæpè §. quæ omnia nu.* 89. *de verb. signif. Card. Put. dicta decis.* 398. *nu.* 3. *lib.* 2. *in veter. impress. & dicta decis.* 388. *nu.* 3. *lib.* 2. *in*
183 *nou. impress.* vel alia ratio est, quia tale iuramentum inuentum fuit ne veritas occultetur, *text. in d. Clem. sæpè in verb. ne veritas occultetur de verbor. significat.* &
184 sic sapit naturalem æquitatem, & publicam vtilitatem, & ideò omitti non potest, *Card. Put. d. decis.* 398. *in fin. lib.* 2. *in veter. impress. & dicta decis.* 388. *in fin. lib.* 2. *in nou. impress. Card. Mantic. decis.* 33. *sub num.* 4. *&* 6. *Rota in nouissim. diuersor. decis.* 116. *sub num.* 4. *& sub num.* 8. *part.* 4. *Rota post Zacch. de obligat. Cameral. decis.* 79. *nu.* 4. *Rota in recentior. decis.* 82. *nu.* 4. *part.* 1.
185 Exceptionem pariter prescriptionis decursæ, cum bona fide reijcere non poterit iudex sub prætextu prædictæ clausulæ, *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 49. *nu.* 1. *&* 4. *Marta de clausul. par.* 1. *clausul.* 368. *num.* 9.
186 quia ista exceptio fuit introducta ob bonum publicum ad hoc, vt dominia rerum in suspenso diù non maneant, & adhoc, vt lites minuantur, *l. vltim. ff. pro soc. §.* 1. *institut. de vsucap. Menoch. de arbitr. d. quæst.* 49.
187 *sub nu.* 2. similiter exceptionem rei iudicatæ, seu litis

finitæ ad impediendum nouum proceſſum iudex reijcere non poteſt, quia de iure naturæ eſt, ne idem bis iudicetur, *Bartol. in dicta extrauag. ad reprimendum in verb. & figura, verſic. item an poterit opponi Georg. Natt. in repetit. dictæ Clem. ſæpè §. quæ omnia nu. 87. de verb. ſignific. Marcheſan. de commiſſ. aperit. oris part. 2. §. vnic. ſub nu. 7. fol. 418.*

188 Quintò dicta clauſula (ſola facti veritate inſpecta) operatur, vt iudex admittere poſſit teſtes, etiam ſi prohibiti ſint à iure poſitiuo teſtificare teſtes, ſcilicet bannitos, hiſtriones, ſcenicos, birruarios, ſpurios, & alios ſimiles, & eis credere, *Lanfranc. de Orian. in repetit. d. Clem. ſæpè nu. 6. de verbor. ſignificat. fol. 82. Menoch. de arbitrar. quæſt. 28. num. 1. & 2. & 3. Proſper. Farinac. de appoſition. contr. perſon. teſt. quæſt. 56. articul. 1. in ſexta limitat. nu. 88. fol. 43.* non tamen

189 poterit iudex vigore huiuſmodi clauſulæ admittere teſtes, qui teſtificare prohibentur ex naturali æquitate, videlicet inimicos capitales, nec eis credere, *Bartol. in l. filius familias nu. 6. ff. de donation. Lanfranc. de Orian. in repetit. d. Clem. ſæpè ſub nu. 6. fol. 82. Amod. de Caſtel. in tract. de ſyndicat. nu. 143. Farinac. de oppoſit. contr. perſon. teſt. quæſt. 53. num. 8. fol. 2. & num. 59.*

190 *fol. 5.* vbi ampliat, etiam hoc procedere in inimicis capitalibus, de recenti reconciliatis, *& latè Menoch. de arbitrar. dicta quæſt. 28. nu. 8.*

191 Sextò operatur, vt iudex poſſit teſtes admittere, & examinari facere, & eis credere, etiam ſine iuramento, *Bartol. in dicta l. filius familias nu. 5. ff. de donation. Bald. in cap. conſanguineis ſub num. 3. de ſententi. & reiudicat. Gerard. Mazoll. conſ. 90. nu. 5. Marant. in ſuo ſpecul. aur. part. 4. diſt. 9. ſub num. 34. in fin. fol. 157. Felin. in cap. dilecti filij, ſub nu. 5. vbi hanc eſſe veriorem opinionem textantur de iudic. Roman. in rubric. de arbitr. nu. 34. Soccin. regul. 424. in tertia fallentia practic. Conrad. in rubr. de teſtib. ſub nu. 11. verſic. quando ſtatutum Tiber. Decian. reſponſ. 51. nu. 87. & 88. lib. 2. & cum hac*

opinione,

opinione, tamquam vltimo loco relatam pertranſire videtur Maſcard. de probation. vol. 3. concluſ. 1361. nu. 7.

192 Et rationem adducunt, quia iuramentum teſtium eſt ſolemnitas iuris ciuilis, vnde mirum non eſt, ſi iudex poſſit huiuſmodi ſolemnitatem, non attendere ſtante prædicta clauſula (ſola facti veritate inſpecta) *vt arguunt Gerard. Mazoll. d. conſ. 90. nu. 5. & 6. & 7. Decian. d. reſponſ. 51. nu. 89. lib. 2. Felyn. in dicto cap. dilecti filij ſub nu. 5. de iudic.*

193 Sed contrariam opinionem (quam ego ſequor) ſcilicet, quod etiam ſtante prædicta clauſula non poſſit iudex admittere teſtes ſine iuramento, nec eis credere firmant, *Bald. in l. presbyter. ſub nu 13. verſic. quæro aliud C. de Epiſcop. & Cleric. & in l. miles ſub nu. 5. in fin. C. de teſtam. milit. Iaſ. in l. admonendi in 2. repetitione ſub nu. 191. ff. de iureiur. Marſil. conſ. 2. num. 26. Georg. Natt. in repet. dictæ Clem. ſæpè §. quæ omnia nu. 93. de verbor. ſignific. fol. 135. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. quæſt. 26. num. 2. & per tot. lib. 1. Lanfranc. de Orian. in dicta Clem. ſæpè nu. 5. de verb. ſignific. Cotta, Viui. Monticell. Gabr. Saray. Rip & alij congeſti, à Farinac. de oppoſition. contr. exam. teſt. quæſt. 74 nu. 61. vbi hanc eſſe magis communem opinionem teſtatur, & communem fatentur Gratian. diſcept. forenſ. cap. 715. nu. 5. to. 4. & cap. 881. nu. 27. & 28. tom. 3. Burſat. conſ. 192. nu. 28. & 29. lib. 2. Cephal. conſ. 294. num. 33. & 34. & 35. lib. 2. Bertrand. conſ. 179. nu. 2. lib. 3. Surd. conſ. 179. nu. 33. lib. 1. Hortenſ. Caualcan. de probat. teſt. part. 3. num. 45. fol. 101. Amod. de ſindicat. nu. 143. & veriorem eſſe dixit, Cacher. dicta deciſ. 2. ſub nu. 17. & probabiliorem eſſe faſſi ſunt, Crot. in tract. de teſtib. part. 7. verſic. fallit iſta concluſio nu. 3. fol. 217. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 8. num. 422. & 423. & 424. & 426. & 427. fol. 257.* & hanc eſſe veriorem, & receptiorem, *& ita in praxi. ſeruare ſcribit. Hieron. Cæuall. practic. quæſt. commun. contra commun. quæſt. 594 verſic. ſed contrarium fol. 43.*

194 Et huius ſecundę opinionis triplices rationes ſunt

Prima eſt, quia iuramentum teſtium non eſt de iure ciuili, ſed de iure diuino, *Menoch. de arbitrar. dicta quæſt. 26. nu. 3. fol. 35. Felyn. in cap. conſtitutus ſub nu. 16. de reſcript. Auguſtin. de Anchon. in lib. de poteſt. Eccleſiaſt. quæſt. 55. verſic. vltim. Hortenſ. Caualcan. de probatione teſt. par. 3. ſub num. 44. fol. 100. Ant. Columb. de controuerſ. crim. articul. 218. fol. 396. Garzon. in tract. de laud. mer. iuris par. 2. §. 4. nu. 20. fol. 316. Scacc. de iudic.*

195 *lib. 2. cap. 8. ſub nu. 432. fol. 258.* qui ſubdunt probari iuramentum teſtium eſſe de iure diuino, ex ſacra Geneſi, *cap. 31.* vbi habetur Iacob voluiſſe teſtimo-

196 nium Laban ſoceri ſui iuramento confirmari, & quamuis videatur iuramentum teſtium non eſſe de iure diuino, quia ſi de iure diuino eſſet remitti non poſſet à partibus, & tamen à partibus remitti poſſe, tradunt *Suarez in Theſaur. recept. ſent. litera T. nu. 271. Rug. Ruland. de commiſſ. lib. 6. cap. 10. num. 5. Maſcard. de probation. in proem. quæſt. 5. nu. 103. & concluſ. 1362.*

197 *num. 19.* attamen non inde ſequitur iuramentum teſtium non eſſe de iure diuino, quia illa, quæ reſpiciunt ſolum intereſſe partis, poſſunt remicti ab ipſa

198 parte, quamuis ſint de iure diuino, vnde videmus, quod de iure diuino eſt, quod non remittatur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, *cap. peccatum de regul. iur. in 6.* & tamen pars cui eſt facienda reſtitutio poteſt illam remittere, *Scacc. de iudic. libr. 2. cap. 8.*

199 *articul. 1. ſub nu. 438. fol. 257.* ſic etiam videmus citationem requiri de iure diuino ex allegatis, *nu. 121.* & tamen pars poteſt illi renunciare, *ex traditis à Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 88. limitat. 2. nu. 21.*

200 Secunda ratio, quia iuramentum teſtis eſt de eſſentia, & ſubſtantia examinis, *vt ſenſerunt Bald. in l. iureiurandum in fin. ff. de iureiur. Crot. in tract. de teſt. lib. par. 7. nu. 22. verſ. quinto fol. 217. Hortenſ. Caualcan. de probation. teſt. par. 3. ſub nu. 44. fol. 100.*

201 Per conſequens ſub prætextu dictarum clauſularum, iudex tale iuramentum omittere non poteſt.

Quia

Quia destrueret depositionem testium, & daretur esse sine esse, quod est impossibile, *l. 1 ff. de vsufruct. l. Pomponius §. fin. ff. de acq. possess. l. qui superstitis ff. de acquir. hæred.*

202 Sed hanc rationem tutam non existimo. Quia si iuramentum testium esset de substantia, non posset à partibus remitti, & nihilominus posse remitti scribunt, *Nell. à Sanct. Geminian. in tract. de testib. cap. 9. num. 17. fol. 150. Albert. de malect. in eodem tract. cap. 7. nu. 65. & 66. & 75. fol. 175.* & hac de causa iuramentū testium non esse de substantia, sed de ordine dixerunt, *Bald. in cap. consanguinei sub num. 3. circa fin. de sent. & reiudic. Bartol. in l. si quis legatum num. 4. ff. ad l. Cornel. de falsi. Alberic. de malet. in tract. de testib. cap. 7. num. 65. in fin. & nu. 66 & 75. & 76. fol. 175. & cap. 6. nu. 12. fol. 178. Tindar. in eod. tract. cap. 9. num. 16. in fin. & nu. 17. & 18. fol. 150. Ioan: Andr. in cap. non est sine num. 11. de regul. iur. in 6. Andr. Gail. practic. obser. Camer. Imper. lib 1. dicta obseru. 101. sub nu. 3. fol. 166.*

204 Tertia & melior ratio est, quia iuramētum testis sapit naturalem æquitatem, & defensionem, *Georg. Natt. in repetit. dicta Clem. sæpè § quæ omnia sub nu. 93. de verbor. significat. Rota in Calaguritana decimarum 23. Ianuarij 1615. coram bo: me: Card. Caualerio, quæ est inter eius decisiones decis. 334. sub num. 1. & in recentior. decis 633. sub num. 2. par. 2.* quæ id probat, quia iuramentum testis inductum fuit ad hoc, vt ab illius religionem testis deterreantur à depositione falsi,

205 & sic respicit, ob defensionem partis, & naturalem æquitatem contra quam nihil suffragatur prædicta clausula (sola facti veritate inspecta) *Iaf. consil. 105. sub nu. 2. vers. vel lædantur contra naturalem vol. 1.*

206 Septimò dicta clausula (sola facti veritate inspecta) operatur, vt iudex recipere possit testes, absque citatione partis, & eis fidem adhibere, *Dec. cons. 54. sub nu. 2. vers. examinatio propter absentium vol. 1. Scacc. de iudic. lib. 2. dicto cap. 8. nu. 362. fol. 253.*

207 Sed

207 Sed contrarium tenent, *Bartol. in l. filius familias sub nu. 4. ff. de donation. & in extrauag ad reprimendum in verb. & figura, versic. sed an præsente parte, quomodo in læs. maiest. Albert. Brun. consil. 21. num. 7. Hondedeus cons. 101. nu. 8. & 9. Riminald. Iun. cons. 213. nu. 98. & 99. & 100. & 101. & 102. & 103. vol. 2. vbi hanc esse communem opinionem fatetur Bursat consil. 201. num 95. vsq; ad 119. Rota Ianuen. apud Flamin. Chartar. decis. 21. nu. 11. & 12. & 13. & 14. Rota Pedomontana apud Ca-*

208 *cheran. decis. 79. sub nu. 19. qui rationem reddunt*, scilicet quod id esset auferre defensionem, quæ est de iure naturali.

209 Conciliari possent hæ duæ opiniones, vt procedat, Prima quando in depositione huiusmodi testis sine citatione emanatæ non fundatur principaliter intentio actoris, vel rei, sed actor, vel reus vtitur tali examine ad adiuuandas alias probationes factas. Secunda verò procedat, quando in tali examine fundaretur principaliter intentio actoris, vel rei, *ad tradita per Riminald. Iun. dicto consil. 213. nu. 102. vol 2.*

210 Octauò dicta clausula (sola facti veritate inspecta) operatur vt iudex credere possit vnico testi, *Gerard. Mazoll. cons. 90. sub nu. 137.* SED CONTRA

211 QVOD VNICO TESTI, iudex credere minimè possit, etiam stante prædicta clausula (sola facti veritate inspecta) *tradunt Corn. consil. 162. num. 9. vol 2. Riminald. Iun. cons. 554. num. 34. vol 5. Anton. Gabr. de testib. conclus. 1. num. 3. Farinac. de oppos. contra person.*

212 *test. quæst. 63. cap. 1. num. 13. fol* 145. qui mouentur, quia de iure diuino est, vt vnicus testis non sufficiat, cum scriptum sit in ore duorum, vel trium, stat omne verbum, *Matth. 18 & Deuteron. cap. 19.*

213 Nonò operatur, vt iudex possit fidem adhibere testibus assignantibus causam verisimilem, licet non concludentem, *Robert. Marant in suo spec. par. 4. dicta distinct. 9. num. 24. fol. 157. Tiber. Decian. d. respons. 51. nu. 91. lib. 2.*

214 Et

214 Et vt possit credere, cuiuscumque alteri probationi verisimili, & persuasiuæ, quamuis non concludenti, *Gambar. de authorit. legat. lib. 8. nu. 169. tom. 13. part. 2. fol. 212. Niconit. in repetit. cap. quoniam contra num. 807. de probation. Tiber. Decian. d. respons. 51. sub nu. 91. lib. 2. Philip. Deci. in cap. dilecti filij nu. 10. de iudic. & cons. 11. sub nu 20. versic. quando agitur vol. 1. & cons. 54. sub nu. 2. versic. debet concludere, eodem vol. 1. & consil. 699. num. 17. vol. 2. Iaf. in l. certi conditio §. si nummos sub nu. 32. ff. si cert. pet. Roland. à Valle d. cons. 7. nu. 37. vol. 3. Marta de clausul. par. 1. clausul. 368. nu. 8. Cacheran. dicta decis. 1. nu. 30. Franc. Aret. cons. 84. sub nu. 3. & cons. 127. sub nu. 2. Prosper. Paseth. cons. 21. nu. 2. Gerard. Mazoll. dicto cons. 90. nu. 137. & cons. 110. nu. 53. Iacob. Aemilian. cons. 49. nu. 10. & cons. 67. nu. 2.*

215 Contrariam tamen opinionem latè defendit, Rota Marchiæ Anconitanæ, *apud Stephan. Gratian. dicta decis. 68. num. 9. vsque ad fin.* quæ tamen nimis extenuat virtutem huiusmodi clausulæ (sola facti veri-
216 tate inspecta) vnde ego putarem mediam viam esse eligendam, scilicet vt iudex virtute huius clausulæ possit credere probationi non concludenti, sed ita tamen, vt aliquo modo talis probatio, vel per se, vel mediante alio adminiculo concludat, & certificet bonum ius, & sic, vt ex ista probatione possit iudex detegere veritatem, vt etiam *sentit Marta de clausul. par. 1. dicta clausul. 368. sub num. 8. versic. tamen hoc in-*
217 *telligitur*. & sic vigore dictæ clausulæ iudex poterit inspicere veritatem omissis, & reiectis cauillosis, & rigidis exceptionibus, quæ contra probationem ad-
218 ducuntur. Si enim iudex etiam, qui nõ potest iudicare, sola facti veritate inspecta, potest ex causa testibus, etiam nõ plenè deponentibus fidem habere, *Bartol. & Doctor. in l. huius ff. de infamib. & aduertit in puncto Crauett. de antiquit. tempor. part. 1. in limitat. 8.*
219 *nu. 11. fol. 113. vol. 2.* & potest fidem plenam adhibere testibus, etiam singularibus si ex eis adducatur

ad

ad credulitatem, *vt post Castrens. Soccin. Dec. Cepoll. &*
220 *Curt. Iun. probat Crauett. vbi supra sub num.* 11. quanto magis potest, id facere iudex, cui delegata est cognitio causæ, cum clausula (sola facti veritate inspecta) per quam clausulam posse recedere iudicem à regulis iuris communis, & inspicere solum ius naturale,
221 seu gentium *superiùs diximus*. poterit igitur iudex stante huiusmodi clausula (sola facti veritate inspecta) de bono, & æquo testium dicta per scrutari, & contentus esse leuiore probatione, *Crau. ett. cons.* 73.
222 *num.* 23. *vol.* 1. præsertim in materia, de qua agitur, quia circumscriptis, etiam prædictis omnibus clausulis de iure quoties agitur de cibi, seu panis materia procedi potest ad executionem per leuiores probationes, *vt fatetur eadem Rota Marchiæ Anconitanæ apud*
223 *Gratian. dict. decis.* 68. *sub num.* 21. & hinc est, quod sufficit, etiam probatio per Taleolam, seu Tesseram,
224 *vt ibi d. ead. Rota Marchiæ testatur sub nu.* 22. & Tesseras, seu Taleolas Pistorum probare eorum creditum, & esse probationem priuilegiatam, & extraordinariam, *dixit Paris. de Puteo in tract. de sindicat. in verb. lis sua capit.* 5. *sub num.* 1. *versic. vltra etiam fol.* 127. *post Dynum in l. non solum §. sciendum ff. de nou. oper. nunciation.*

225 Decimò operatur huiusmodi clausula (sola facti veritate inspecta) vt mora purgari possit, etiam si interuenerit iuramentum, dummodò ius partis deterius effectum non fuerit, *Cagnol. in l. si quis maior. nu.* 156. *&* 157. *C. de transaction. Cacheran. d. decis.* 1. *sub num.* 29.

226 Vndecimò operatur prædicta clausula, vt iudex possit dilationes legales augere, & extendere, *Asin.*
227 *in praxi.* §. 3. *cap.* 4. *nu.* 4. sed huiusmodi opinio vera non est, quia intentio Principis delegantis iurisdictionem, cum dicta clausula (sola facti veritate inspecta) fuit abbreuiare lites, nun autem prorogare, *vt in terminis aduertunt Riminald. Iun. cons.* 115. *nu.* 47.

vol. 2. Lanfranc. de Orian. in Clem. diſpendioſam in prin-
228 *cip. de iudic. Cacheran. dicta deciſ. 1. ſub num. 31.* & hac de cauſa cenſetur ex huiuſmodi clauſula data facultas iudici diminuendi dilationes legales, non autem illas augendi, *vt firmant Soccin. Iun. conſil. 60. num. 9. vol. 1. Riminald. Iun. dicto conſil. 115. ſub nu. 47. vol. 2. Card. Mantic. deciſ. 217. nu. 5.*

229 Decimoſecundo operatur iudex, etiam poſt concluſum in cauſa poſſit nouas probationes, noua iura, noua inſtrumenta admittere, *Cacheran. d. deciſ. 1. ſub nu. 29. & concordat. Simon de Pretis conſ. 177. ſub nu. 4. & 5.* volens ſtante huiuſmodi clauſula poſſe fieri
230 omnes probationes poſt terminum, ſed iſta opinio probabilis non videtur, quia ideò de iure prohibetur poſt concluſum in cauſa productio quorumcumq; iurium, & inſtrumentorum ad hoc, vt ne lites fiant immortales, & vt litium finis ſit fuit quoque intro-
131 ducta concluſio in cauſa, *Menoch. de arbitrar. libr. 1. qu. eſt. 31. ſub nu. 7. Anton. ſola ad conſtit. antiq. Ducat. Sabaud. titul. de concluſion. in cauſ. gloſſ. vnic. ſub nu. 9.*
232 *fol. 156.* vnde ſi id à iure ſancitum fuit ob abbreuiandas lites, & hac de cauſa Princeps delegaſſe præſumitur iuriſdictionem, cum tali clauſula (ſola facti veritate inſpecta) *ex ſuperiùs allegatis.* Per cõſequens ſi eſſet verum, quod virtute huius clauſulæ poſſet iudex noua iura admittere poſt concluſum in cauſa,
233 repugnaret intentioni Principis, vltra quod dicta opinio Cacherani, & Simonis de Pretis principaliter fundata eſt, *in gloſſ. in dicta Clem. ſæpè in litera H. in verb. interrogabit in fin. de verbor. ſignific.* quæ non dicit poſt concluſum in cauſa poſſe iudicem admittere inſtrumenta, ſeu iura quando proceditur, ſola facti veritate inſpecta, ſed ſolum dicit poſſe (quando adeſt talis clauſula) iudicem etiam poſt concluſum in cauſa interrogare partem ad petitionem partis, & hoc idem dicit *Felyn. in dicto cap. dilectus ſub num. 19.*
234 *de fid. inſtrument.* & ſic loquuntur de ſimplici interroga-

rogatione, seu informatione iudicis pro declaratione dubiorum, quæ longè differt ab admissione nouorum iurium. Et quamuis opinio Cacherani coadiuuetur ex illa regula, quod in summarijs causis possint produci instrumenta, etiam post conclusum in causa, *prout voluerunt Caccialup. in repet. l. admonendi sub nu.* 242. *versic. nona conclus. ff. de iureiur. Hieron. Gratus respons.* 119. *nu.* 51. *lib.* 2. *Nicol. Caluol. in sua praxi. in* §. *conclusio in causa conclus.* 1. *num.* 11. *fol.* 347. *Rota Marchiæ Anconitanæ apud Gratian. decis.* 198. *num.* 25. *Soccin. in verb. instrumenta regul.* 10. *in octaua fallentia fol.* 27. *Mascard. de probat. vol.* 2. *concl.* 927. *nu.* 20.

236 Attamen ista regula fundatur in eo, quia cõclusio in causa nõ requiritur, nec fieri solet in iudicijs summarijs, *vt egregiè aduertit Marcabrun. ab Anguill. cons.* 73. *sub nu.* 25. *&* 26. *&* 30. *&* 34. *& facit Rota decis.* 1.

237 *de probat. in antiq. & decis.* 8. *de testib. in antiq.* & ideò cum conclusio in causis summarijs non fiat, ideò conclusio nihil obest, quin noua iura produci possint, *vt optimè tradit Menoch. de adipiscend. remed.* 4. *sub*

238 *nu.* 682. vnde inde inferri non potest, quod quatenus in causis summarijs conclusio fieret (prout il-

239 lam facere, vel non facere est in arbitrio, & voluntate, & electione iudicis, *vt firmat Marant. in suo specul. p.* 4. *d. distinct.* 9 *sub nu.* 23. *in fin. fol.* 156.) tunc posset fieri productio nouorum iurium, quia in casibus in quibus non requiritur conclusio, si tamen fiat suum operatur effectum, nempè, vt noua iura, seu nouè probationes amplius admitti nequeant, *vt arguunt Marcabrun. ab Anguill. dicto cons.* 73. *num.* 30. *Scacc. de iudic. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 15. *fol.* 603. *Afflict. decis.* 272.

240 *sub nu.* 4. *Bellamer. decis.* 57. *sub nu.* 3. & qualitas summaria debet præcipuè operari abbreuiationem litis, non & dilationem, *Aretin. in cap. licet nu.* 37. *de probation. Marcabrun. ab Anguill. dicto cons.* 73. *nu.* 36.

241 Et in summarijs causis debet minus audiri post conclusum in causa, quam in iudicijs ordinarijs,

cum

cum in illis celerior expeditio requiratur, *Riminald. Iun. dicto conſ.* 115. *nu.* 48. *vol.* 2.

242 Decimotertio operatur dicta clauſula (ſola facti veritate inſpecta) vt neceſſaria non ſit excuſſio, *Dec. Curt. Iun. Boer. Abb. Pariſ. ac alijs congeſti ab Ant. Gabr. de fideiuſſ. concluſ.* 1. *in duodecima limitatione num.* 71. *Marſil. Alex. Neguſant. Stracch. Corn. Roman. & alij cumulati à Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 51. *nu.* 8. *Neuizan. conſil.* 32. *ſub num.* 8. *Rota Ianuen. apud Bellon. deciſ.* 78. *nu.* 3. *& deciſ.* 90. *ſub nu.* 10.

243 Contrariam tamen opinionē (ſcilicet, vt etiam in tali caſu neceſſaria ſit excuſſio) *tenent Marta de clauſ. par.* 1. *dicta clauſul.* 368. *nu.* 10. *Natt. conſ.* 521. *nu.* 13. *Cephal. conſ.* 86. *nu.* 16. *vol.* 1. *Georg. Natt. in repet. dictæ Clem. ſæpè in princ. ſub nu.* 314. *de verb. ſignific. Cornazan. deciſ. Lucan.* 37. *nu.* 4. *Crauett. conſ.* 263. *ſub nu.* 1. *& 3. vbi hanc eſſe communem opinionem teſtatur, & communem quoque dixit Menoch. conſ.* 25. *ſub nu.* 11. *& 12. vol.* 1. *& eſſe æquiorem ſcripſit idem Menoch. de arbitrar. iudic. lib.* 1. *d. quæſt.* 51. *ſub nu.* 6. *& 7. & veriorem, & à Senatu Pedemontano amplexā eſſe teſtatur Cacher. deciſ.* 2. *ſub nu.* 10. *& 11. in fine deciſionis, & ſic ſæpiùs reſoluiſſe eumdem Senatum Pedemontanum, tradit Theſaur. deciſ.* 52. *ſub nu.* 6. *& magis communem eſſe prædicat Eugen.*

244 *conſ.* 89. *nu.* 22. *vol.* 1. *qui inter alias rationes.* iſtam adducunt videlicet, quod excuſſionis beneficium eſt iuris naturalis, æquitatem naturalem ſapit, & propterea illi non præiudicat clauſula, ſola facti veritate

245 inſpecta, & hanc ſecundam opinionem ego amplector tanto libentiùs in caſu noſtro, quia ex diſpoſitione Breuis excuſſio neceſſaria eſt, vt in illis verbis.

FACTIS PRIVS PER EOSDEM PISTORES, VEL EIVS HÆREDES, ET SVCCESSORES DEBITIS DILIGENTIIS EXTRAIVDICIALIBVS, CONTRA DICTORVM VIRORVM SIC DEFVNCTORVM, AVT

246 DECOCTORVM BONA, nō tamen requiritur

exacta ſolemnis, aut iudicialis excuſſio, ſed ſufficit quælibet excuſſio, ſeu quælibet diligentia breuis, & ſummaria, & extraiudicialis, *facit Ioſeph. Ludouic. dicta deciſ. Peruſin.* 45. *ſub nu.* 8. *&* 9. *&* 10. *&* 11. *par.* 1.

247 Decimoquarto dicta clauſula (ſola facti veritate inſpecta) operatur, vt cauſa proprietates ſimul, cum cauſa poſſeſſionis definiri poſſit, & vt cumulare poſſit petitorium cum poſſeſſorio, *Florian. conſ.* 15. *nu.* 6. *Claud. de Seiſell. in l.* 1. *nu.* 6. *ff. de vulg. & pupill. Purpurat. in l. edita actio nu.* 240. *C. de edend. Peregrin. conſ.* 24. *ſub nu.* 12. *vol.* 1. *Burſat. conſ.* 129. *num.* 17. *Rota Bononien diuerſor. deciſ.* 30 *nu.* 96. *Menoch. conſ.* 180. *ſub nu.* 7. *vol.* 2. *& conſ.* 837. *nu.* 6. *vol.* 1. *Cacheran. deciſ.* 1. *num.* 28. non tamen operatur, vt in iudicio ſummarijſſimo retinendæ, ſeu manutentionis cumulatio petitorij admittatur ad effectum impediendi manutentionem, pendente lite, *Marta de clauſul. parte* 1. *clauſul.* 71. *nu.* 1. *Rota in Bononien. de carnalibus* 11. *Ianuarij* 1602. *coram Card. Panfilio ſeniore, quæ eſt penes. Marcheſan. par.* 2. *fol.* 545. *nu.* 11.

249 Decimoquinto dicta clauſula operatur, vt in iudicijs poſſeſſorijs, etiam in iudicio reintegrandæ iudex admittere poſſit exceptionem dominij, ſeu proprietatis, *Philip. Dec. dicto conſ.* 449. *ſub nu.* 21. *vol.* 2. *Menoch. conſ.* 2. *nu.* 184. *vol.* 1. *Ioan: Anton. Rub. Alexandrin. conſ.* 4. *ſub num.* 12. *Crauett: conſ.* 299. *ſub num.* 8. *verſic. quarto. reſpondeo vol.* 2. *Cacheran. dicta deciſ.* 1. *ſub num.* 27. *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſin.* 12. *num.* 22. *par.* 1. *Peregrin. conſ.* 133. *ſub nu.* 19. *vol.* 5 non tamen credo virtute huiuſmodi clauſulæ poſſe iudicem admittere exceptionem dominij in iudicio ſummarijſſimo poſſeſſorio, quia naturalem æquitatem ſupit, vt pendente lite poſſeſſor manuteneatur, nec ſub prætextu non iuris expellatur, donec non fuerit lis terminata, & hinc eſt, quod pendente lite, etiam prædo manutenendus eſt, *Bellon. conſ.* 18. *ſub nu.* 24. *&* 25. *Borgnin. deciſ.* 45. *nu.* 68. *Card. Mantic. deciſ.* 185. *nu.* 7.

num.7. Simon de Pretis conſ.195. nu. 4. Syluan. conſ.27. num. 5. vol. 1. Hieron. Giganſ. conſ.26. num. 20. Meluaſ. conſ. 101. nu. 10. Bombin. conſ.28. nu. 3. Rota in Anconitana bonorum 29. Nouembris 1616. coram bo:me Buratto.

253 Et in huiuſmodi iudicio manutentionis non admittitur exceptio dominij, vel tituli, vel iuris, etiam ſi incontinenti probaretur, *Surd. conſil.93. nu.7. Menoch. de retinend. poſſeſſ. remed.3. quæſt.70. ſub nu.675. verſic. ſecunda itaque Bart. Alex. Hormatrot. Det. & alij relati, & ſecuti à Maſcard. de probation. vol. 2. concl.687. nu. 11. vbi de magis communi opinio. teſtatur Rota pęnes Cenc. deciſ.242. nu.15. Rota in recentior. deciſ.35. nu.5. part. 2. Gregor. XV. deciſ.9. num.9 & 10. & deciſ. 107. nu.3. & 5. & deciſ.275. nu.12.*

254 Nec in huiuſmodi iudicio locum habet regula (dolo facis, dum petis, quod ſtatim reſtituturus es) *vt firmant Aretin. inſtitut. de exception. §. ſequitur ſub nu.42. circa fin. Ioan: Bolognett. in l. naturaliter §. nihil commune in ſecunda parte ſub nu.118. ff. acquir. poſſeſſ. Andr. Fachin. controuerſ. iur. lib.8. cap.17. verſ. contrarium, & verſic. ad primum fol.1005.*

255 Non enim in huiuſmodi iudicio requiritur aliqua iuſtitia tituli, nec aliquis titulus, ſed ſufficit ſola inſiſtentia, ſeu detentatio, *Rota in recentior. deciſ.583. ſub nu. 2. & deciſ.660. nu.3. part.1. & deciſ.35. num.5. par.2. Rota diuerſor. deciſ.641. ſub nu.8. par.1. Greg. XV. dicta deciſ. 9. nu.9. & deciſ.275. nu. 12. Rota in Aſtoricen. præſti moniorum 25. Iunij 1621. coram bon: mem: Vbaldo ſeniore.*

256 Decimoſexto dicta clauſula (ſola facti veritate inſpecta) operatur, vt iudex poſt publicatas atteſtationes, & didicita teſtificata nouos teſtes recipere poſſit, *Signorol. de Homod. conſil.79. ſub num. 9. Franc. perſonal. de indit. & tortur. quæſt. 11. ſub nu.27. fol. 100. Bellon. conſ. 63. num.11. Alex. conſ. 84. num.12. & 13. & 14. lib. 4. Ioan: Aloyſ. Ricc. collectan. deciſion. part. 3.*

257 *d. collectan. 699. verſ. quinto quia fol.336.* ſed contraria

opinio verior est, scilicet quod iudex vigore huiusmodi clausulæ recipere non possit testes post publicatas attestationes, vt dedicita testificata, *vt probant Bartol. in extrauag. ad reprimendum in verbor. & figura circa fin. versic. sed an in hac causa titul. quomodo in læs. maiest. Marchabrun. ab Anguill. cons.* 73. *num.* 35. *Georg. Natt. in dicta Clem. sæpè §. quæ omnia num.* 97. *de verbor. signific. fol.* 135. *Roman. cons.* 479. *nu.* 1. *& ibi addentes in litera A. alios cumulant. Bertrand. cons.* 142. *num.* 14. *vol.* 1. *Menoch. qui alios congerit de arbitrar. iudic. lib.* 1. *quæst.* 34. *nu.* 1. *&* 2. *&* 3. *&* 4. *Cacheran. dicta decis.* 1. *sub nu.* 26. *vbi sic semper obseruasse Senatum Pedemontanum testatur, Vincent. Carocc. decis.* 55. *nu.* 7. *vbi post alios*
258 *adductos, hanc esse veriorem opinionem testatur*, & ratio est, quia post publicatas, & dedicitas attestationes prohibitum est recipere testes, propter timorem
259 subornationis, & sic ob quamdam æquitatem naturalem, quæ est ne alter alteri insidietur, *l. vt vim ff.*
260 *de instit. & iur.* vnde non potuit iudex hoc facere, etiam stantibus prædictis omnibus clausulis, quæ non tollunt ea, quæ ob naturalem æquitatem introducta sunt, *vt arguunt Roman. dicto cons.* 479. *sub nu.* 1. *Bartol. in dicta extrauag. ad reprimendum in verb. & figura, circa fin. quadam naturali. Georg. Natt. in d. Clem. sæpè §. quæ omnia sub num.* 97. *verbor. significat. fol.* 135. *Menoch. de arbitrar. dicta quæst.* 34. *nu.* 2. *fol.* 41.

Decimoseptimo dicta clausula (sola facti veritate inspecta) operatur, vt iudex pronunciare validè possit in alio, quam sit petitum, & vt agens ex vna causa, si probet de alia, nihilominus obtinere possit, & in summa operatur, vt valeat sententia non conformis libello, seu petitioni, *Ruin. consil.* 5. *num.* 12. *& cons.* 12. *nu.* 11. *vol.* 2. *Alex. cons.* 114. *nu.* 6. *vol.* 6. *Crot. in l.* 1. §. *si quis ita nu.* 50. *ff. de verb. obligat. Roland. à Vall. cons.* 53. *nu.* 12. *vol.* 2. *& cons.* 7. *nu.* 37. *vol.* 3. *Card. Paris. cons.* 131. *nu.* 14. *vol.* 1. *Ioan: Aloys. Ricc. collectan. decision. part.* 3. *collect.* 699. *versic. tertio quæro fol.* 335.

Dec.

Dec. in cap. dilecti filij num. 18. *de iudic. Marant. in suo speculi. part.* 4. *dicta distinct.* 9. *nu.* 33. *fol.* 117. *Purpurat. conf.* 396. *nu.* 78. *vol.* 1. *Crauett. conf.* 248. *sub nu.* 6. *circa fin. versic. quorum omnium vol.* 2. *Claud. de Seisell. in l.* 1. *sub nu.* 6. *ff. de vulg. & pupill. fol.* 22. *Marcabrun. ab Anguill. conf.* 86. *nu.* 106. *Marsil. singul.* 272. *Matth. Brun. conf.* 123. *nu.* 7. *Riminald. Iun. consil.* 42. *num.* 37. *&* 38. *vol.* 1. *Grammatic. decis.* 19. *nu.* 6. *Surd. decis.* 284. *nu.* 14. *Rota diuersor. decis.* 44. *sub nu.* 4. *par.* 2.

262 Decimooctauo, quamuis attentata in primis, & ante omnia reuocanda sint à iudice, antequam in causa ad vlteriora procedatur, alias facit iniustitiam,

263 *Afflict. decis.* 98. *nu.* 5. tamen stante tali clausula (sola facti veritate inspecta) potest iudex ad vlteriora validè procedere, absque reuocatione attentatorum, *Rota Marchiæ Anconitanæ apud Gratian. dicta deeis.* 68. *nu.* 19. *Lancellot. de attentat. part.* 3. *cap.* 31. *de priuileg. attentat in trigesima prima limitatione num.* 228. *&* 229. *fol.* 110. *Honded. conf.* 94. *nu.* 65. *Barbos. de clausul.* 103. *num.* 12.

264 Decimonono operatur prædicta clausula, vt iudex non cogatur pronunciare super incidentibus, seu emergentibus, *Lancellot. de attentat. part.* 3. *d. cap.* 31. *in trigesima prima limitatione nu.* 229. *fol.* 110. *Bald. in l. ait prætor. §. promittitur sub nu.* 1. *vers. item nota ff. de minor. Rota Marchiæ Anconitanæ apud Gratian. dicta decis.* 68. *nu.* 20.

265 Vigesimo operatur dicta clausula, vt iudex possit adhibere fidem exemplis, seu transumptis, etiam si transumpta fuerint, absque partis citationis, *Rota Ianuen. apud Bellon. decis.* 15. *sub num.* 14. *&* 15.

266 S CITANDI, ET IN FORMA INHIBENDI IN CVRIA, ET EXTRA. dicta verba magnæ sunt efficaciæ operantur enim, quod Vicarius Vrbis, & Præfectus Annonæ, & Consules Pistorum, qui extra Vrbis districtum facultatem citandi, & inhi-

267 bendi non habebant, possint etiam extra districtum

citare, ac inhibere debitores Piſtorum, qui debitum
268 in Vrbe, ſeu in eius diſtrictu contraxerunt. Et nota
quod excepto Auditore Cameræ, nullus iudex or-
dinarius Romanæ Curiæ, facultatem habet citandi,
169 ac inhibendi, extra Vrbem eiuſque diſtrictum. Et
nota etiam, quod ſub ſimplici facultate citandi non
includitur facultas citandi extra curiam, niſi id ex-
preſsè dicatur, *Mandoſ. in formul. 1. commiſſion. in verbo, & inhibendi fol. 9. & in tract. de inhibition. quæſt. 3. nu. 1. & 2. Marcheſan. de commiſſ. appell. in Roman. Cur. par. 1. cap. 5. num. 159. & 160. fol. 211. Caſſador. deciſ. 4. ſub*
270 *nu. 3. de reſcript.* qui tamen excipiunt Auditores Ro-
tæ Romanæ, quos tradunt poſſe, etiam extra cu-
riam citare, & inhibere, quamuis in inhibitione da-
retur ſimplex facultas citandi, & inhibendi.

271 T PRÆTEREA QVOD DICTI PISTORES, &c. PRÆFERANTVR, &c. vt melùs dignoſca-
tur Summum Pontificem cõceſſiſſe omnimodam, ac omnibus ſuperiorem, abſque aliqua exceptuatio-
ne prælationem Piſtoribus in eorum creditis exami-
nanda, ac ponderanda duxi omnia, & ſingula verba.

272 PRAFERANTVR, iſtud eſt verbum impera-
tiuum, quod quando profertur à Principe in con-
ceſſione excerta ſcientia, & maturo conſilio facta,
importat præceptum, *Abb. in cap. 4. ſub num. 4. verſic. nam ſi materia de conſtitut. & ibidem Felyn. ſub num. 8. verſ. ſi cauſa fuit cogitata, & Ioan: de Imol. ſub num. 10. verſic. veriſimiliter ponderata.*

273 V ET PRÆFERRI OMNINO dictio (omnino)
eſt indefinita, & præciſa, naturamque præciſam
habet, *Dec. conſ. 1. nu. 5. vol. 1. & conſ. 582. nu. 2. vol. 2. Grat. conſ. 66. nu. 7. vol. 2. Ruin. conſ. 154. num. 8. vol. 1.*
274 *& conſ. 150. num. 17. vol. 2.* & neceſſitatem importat,
275 *Barboſ. de diction. diction. 206. nu. 3.* & eſt dictio vni-
uerſalis, ac omnes caſus indiſtinctè comprehendit,
Flum. Pariſ. de reſignat. lib. 12. quæſt. 11. nu. 5. & nu. 52.
276 *Gonzalez ad regul. 8. Caneellar. gloſſ. 6. nu. 20.* & habet

vim

vim decreti irritantis, *Ruin. in rubric. ff. de nou. oper. nunciat. nu.* 10. *Mareſcott. variar. reſolut. cap* 29. *nu.* 11.
277 *lib.*2. *Cacheran. deciſ.* 165. *num.*14. & idem importat, quod ipſo iure, *Tiraquell. in l. ſi vnquam in verb. reuertatur ſub num.* 76. *C. de reuoc. donat. monet. de diſtribut. quotidian. par.*3. *quæſt.*7. *nu.*37. *Cened. ſingul.*24. *nu.* 6.

278 X OMNIBVS, ET SINGVLIS, iſta clauſula tamquam continens geminata verba vniuerſalia includit prorſus omnia, abſque aliqua limitatione, & in propoſito operatur, vt Piſtores præferantur omnibus creditoribus, abſque aliqua limitatione, aut exceptuatione, *ad tradita per gloſſ. in cap. vt circa poſt med. in ver. omnia, & ſingula de elect. in* 6. *Alex. conſil.*
279 216. *ſub num* 27. *lib.*2. & dicta clauſula, cum habeat vim ſpecialis, ac indiuiduæ expreſſionis, *Surd. conſil.* 330. *nu.*7. *& conſ.*412. *nu* 27. *& conſ.*567. *nu.*5. *Rota in*
280 *recentior. deciſ.* 130. *nu.*3. *part.*2. operatur vt conceſſa Piſtoribus dicatur prælatio ſuper omnibus creditoribus, & perinde, ac ſi de eis ſpecifica mentio facta eſſet, *Roland. à Vall. conſ.*1. *nu.*71. *vol.*3.

281 Y ALIIS, iſta dictio vnita, ac adiecta vniuerſalibus dictionibus continet maiora expreſſis, *Bertazol. de clauſul. inſtrument. clauſul.* 27. *gloſſ.* 12. *nu* 2. *Rot. Sicil.*
282 *apud Intrigliol. deciſ.*3. *nu.* 138. & complectitur cauſas diſſimiles præcedentibus, *Anton. Monach. deciſ. lucenſ.* 58. *num.* 19. *Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 163. *nu.*21. *tom.*1.

CVIVSVIS DEFVNCTI, AVT DECOCTI, AVT ALTERIVS CVIVSCVMQVE DEBI-
283 TORIS, hæc verba operatur, vt nec exceptuatio facienda ſit reſpectu debitoris. Præferuntur enim Piſtores quibuſcumque creditoribus de, & ſuper bonis, ac in rebus cuiuſcumque debitoris vniuerſaliter, ac indiſtinctè, ac penitus ſine aliqua differentia, aut limitatione ponderando illa dictiones CVIVSVIS,
284 & CVIVSCVMQVE, quæ tamquam vniuerſales omnes comprehendunt perſonas, *Card. Seraphin.*

deciſ.

285 *decis.* 1022. *num.* 1. & ponderando illam dictionem ALTERIVS, quæ iuncta cum dictis vniuersalibus dictionibus dissimiles, ac omnes generaliter personas, tàm Laicas, quàm Ecclesiasticas comprendit, *ad traditæ per Verall. decis.* 296. *num.* 6. *part.* 2.

286 AA Aut ista dictio est disiunctiua, *l. Titio ff. de leg.* 2. *Roland. à Vall. cons.* 99. *num.* 56. *vol.* 4. *Paris. consil.* 91. *nu.* 29. *lib.* 2. *Natt. cons.* 679. *nu.* 26. *vol.* 4.

287 BB ALIAS, ista est dictio qualitatis, & ponitur pro aliter, vel alio modo, *Caned. practic. quæst. singul.* 62. *num.* 5. *Honded. cons.* 70. *num.* 32. *vol.* 2. *Corn. cons.* 160. *nu.* 4. *vol.* 4. *Verall. docis.* 250. *nu.* 5. *par.* 1.

288 CC QVANTVMVIS POTIORIBVS, qui sint potiores in iure descripti apparebunt inferiùs à num. 314. vsque ad num. 340.

289 DD ET ANTERIORIBVS, inde tollitur suspicio antidatæ, quia olim tesseræ Pistorum, cum publico instrumento concurrere non posse videbantur, ab antidatæ suspicionem, *iuxt. l. scripturas C. qui potior. in pignor. hab.* nunc tamen ista exceptio euanescit eo

290 ipsò quo Pistores, etiam posteriores præferri Summus Pontifex indulget quibuscumque creditoribus anterioribus, itaut etiam data suspicione antidatæ, tesseræ ex Principis priuilegio superant probationem instrumentalem.

291 EE ETIAM ista dictio est ampliatiua, vt includit diuersas species ab expressis, *Paris. consil.* 144. *num.* 4. *lib.* 4. *Gratian. disceptat. forens. cap.* 659. *nu.* 22. *&* 23. *tom.* 4. *Ruin. cons.* 53. *nu.* 19. *lib.* 2. *Riminald. Iun. consil.* 246. *nu.* 83. *vol.* 3.

292 FF RESERVATIONEM DOMINII in iure venditor, qui sibi dominium super re vendita, vsq; ad integram precij solutionem reseruauit prælationem habet aduersus quoscumque anteriores, etiam priuilegiatissimos creditores emptoris, *Negusant. de pign. in secundo membr.* 5. *par. sub nu.* 18. *Matth. Brun. de cession. bonor.* 4. *par. quæst.* 11. *princ. nu.* 18. *&* 19. *Marta*

vot. 43.

vot. 43. in fin. Scacc. de comerc. & camb. §. 1. quæst. 7. part. 2. ampliat. 8. num. 165. fol. 282. Gratian. disceptat. forens. cap. 523. nu. 13. & 14. tom. 3. & cap. 730. num. 1. tom. 4. & cap. 900. nu. 15. & cap. 946. nu. 4. & cap. 967. nu. 1. tom. 5. Rota post statil. Pacific. de Saluian. interdict. decis. 293. nu. 1. & 2. & fuit latè decisum in Romana affictus 23. Iunij 1606. coram bo: me: Manzanedo Patriarcha Hierosolymitano.

293 Et sæpè sæpius vidi Pistores, qui ignorantes huiusmodi reseruationem dominij panem aliasque res ad artem spectantes eredebant, & præsertim cauponibus, dum postea consecutionem ex bonis in caupona existentibus consequi volebant insurgebant venditores, & aliquando etiam cum debitoribus colludentes sub prætextu reseruationis dominij excludebant Pistores, qui bona fide contraxerunt,
294 quod valdè impium, & absurdum erat, ad quod euitandum sapientissimus Princeps prælationem Pistoribus concessit, etiam contra creditores reseruationem dominij habentes.

295 GG AVT MANS INIECTIONEM, VEL HYPOTHECAM SPECIALEM, manus inijcere nihil aliud est, quam propria authoritate, & sine ministerio iudicis rem apprædendere, *l. Titius seruum ff. de seru. expor. l. sed si hac §. 1. ff. de in ius voc. Petr. Rebuff. in l. 45. ff. de verbor. signific. fol. 335. vers. inijcere manus Andr. Alciat. pareg. iur. lib. 11. cap. 7. vers.*
296 *huc pertinet fol. 562.* & iniectio manus (iuxta iudiciorum, ac contractuum stylum) est quædam reseruatio dominij, seu iuris afficiens, & inhærens ossibus rei, vigore cuius venditor, seu alius creditor potest vendicare rem à quocumque, etiam millesimo possessore, cum omnimoda prælatione aduersus, quoscumque quantumuis priuilegiatos creditores, *Bald. in d. l. Titius in princ. & in addition. ff. de seru. export. Rota Sicil. apud Mastrill. decis. 102. num. 6. Rota Siciliæ apud Marium Mutam. decis. 59. nu. 9. & num. 29.*

Gra-

Gratian. discept. forens. dicto cap.730. sub num.1. tom.4. & dicto cap.946. sub nu.4. tom.5.

297 Pistores igitur præferuntur, etiam creditoribus habentibus iniectionem manus.

298 HH SEV QVODCVMQVE CREDITVM, illa dictio QVODCVMQVE comprehendit vniuersaliter, ac indistinctè omne creditum etiam priuilegiatum, *ad tradita per Menoch. de recuper. possess. remed. 15. num.83. Gutier. canonic. quæstion. lib.1. cap.34. num. 57.*

299 II IVRATVM non sine causa creditum iuratum, expressum fuit, quia alias potuisset oriri dubium, an comprehenderetur creditum iuratum sub prælatione cõcessa Pistoribus super alijs creditis stante quod

300 iuramentum requirere videtur specificam notam, & dispositio iurata comprehendi non solet sub dispositione generali, nisi fiat specifica mentio, *ex congestis ab Anton. Gabr. de iureiur. conclus. 5. nu.1.*

301 KK ET OBLIGATIONE CAMERALI VALLATVM HABENTIBVS, id fuit expressum ne posset dubitari Pistores præferendos esse etiam creditis vallatis obligatione Camerali, quæ specificam mentionem requirere videbatur tamquam illa, quæ plura iuramenta continet, *Zacch. de obligat. Camer. quæst.25. nu.7. Rota ibid. decis. 29. nu.3.*

303 ETIAM EX CAVSA DOTIS, ecce igitur Pistores præfereantur creditis dotalibus, quæ de iure maxima habent priuilegia collecta à Baldo Nouell; & ab Antonio Guiberto, & à Baptista de Sancto Blasio, *in eorum tractatib. de dotib. & earum iurib. & priuileg.*

304 MM AVT EX QVACVMQVE ALIA CAVSA PIA, ET NECESSARIA, dum Pistoribus prælatio conceditur aduersus credita ex quacumq; causa

305 pia, & necessaria per consequens data censetur prælatio etiam super Aromatariorum creditis, quę ex cau-

306 sa pia, & necessaria proficiscuntur, & purificantur

cre-

creditis ex causa funeris, *ex latè deductis à Ioan: Dominic. Gait. in tract. de credit. cap. 4. quæst. 11. nu 1916. & 1917. fol. 441. Gratian. disceptat. forens. cap. 94. nu. 14. & 15. tom. 1.*

307 Præsertim accedentibus tot verbis, dictionibus, ac clausulis vniuersalibus præsertim illis (CVIVSCVMQVE PRIVILEGII IN CORPORE IVRIS CLAVSI, VEL NON CLAVSI ETIAM SI DE EIS SPECIALIS MENTIO FACIENDA ESSET.)

308 Et vltra credita Aromatariorum pro medelis, & credita pro impensis funerum adsunt etiam alia credita, quæ ex causa pia prouenire dicuntur, & appellari possunt credita pia, prout legata relicta pio loco, vel pro anima, vel pauperibus, vel miserabilibus personis, vel ex causa studij, *pro vt recenset Andre. Tiraquell. in tract. de priuileg. pie caus. in præfat. per tot.*

NN ET PRIVILEGIATA, quæ sint credita priuilegiata recensentur infra nu. 314. vsque ad nu. 340.

309 OO ETIAM DOHANERIIS VRBIS, ET STATVS ECCLESIASTICI Dohanerij Vrbis, ac Status Ecclesiastici maxima priuilegia circa ptælatio-

310 nem habent eorum tamen priuilegia, quoad effectum prælationis aduersus Pistores Vrbis attendenda non sunt, quia Pistoribus Vrbis expressè super prædictis Dohanerijs prælationem concedit Breue, quod tamquam posterius præualet præsertim cum contineat prægnantissimas, ac efficacissimas clausulas, *Petr. de Ancharan. cons. 188. sub nu. 8. Gregor. XV. decis. 267. num. 9.*

311 PP ET QVIBVSCVMQVE ALIIS QVANTVMVIS PRIVILEGIATIS, tot clausulæ vniuersales geminatæ magis demonstrant enixam voluntatem Principis concedendi Pistoribus Vrbis plenissimam, ac super omnibus absque vlla distinctione prælationem, *Marta qui plures cumulat in tract. de clausul. part. 4. clausul. 3. nu. 1. & per tot.*

IN

312 QQ IN VIM CVIVSCVMQVE PRIVILEGII IN CORPORE IVRIS CLAVSI, VEL NON CLASI. Non ſine cauſa hæc verba appoſita ſunt. Quia alias in generali priuilegiorum conceſſione, ſeu derogatione nõ cenſetur derogatum priuilegijs in corpore iuris clauſis, *Dec. conſ.* 165. *num.* 5. *vol.* 1. *Marcheſan. de commiſſ. par.* 1. *fol.* 225. *nu.* 306. *& par.* 2. *fol.* 301. *nu.* 19. *Rot. in recentior. deciſ.* 767. *nu.* 8. *par.* 2.

313 RR ETIAM SI DE EIS SPECIALIS MENTIO FACIENDA ESSET. Iſta clauſula operatur indiuiduam omnium priuilegiorum mentionem perinde, ac ſi ſpecialiter ac nominatim eſſent expreſſa priuilegia in corpore iuris clauſa, vel non clauſa, *Iaſ. conſ.* 11. *ſub nu.* 9. *vol.* 3. *Pariſ. conſ.* 1. *num.* 92. *vol.* 3. *Alex. conſ.* 155. *ſub* 12. *vol.* 6. *cum alijs adductis à Mart. de clauſul. par.* 1. *clauſul.* 53. *per tot.*

Priuilegia autem prælationis ex diſpoſitione legis vel ex Summorum Pontificum indultis omnes infraſcripti habent ſcilicet.

319 Prior in tempore de iure habet potioritatem, ac prælationem, *l. qui balneum in princ. ff. qui potior in pign. hab. l. ſi fundum, C. eod. titul. l. diſtractis. C. de pign. cap. qui prior de regul. iur. in* 6.

315 Item locator (habet prælationem pro penſioni-
316 bus ſuper omnibus rebus inuectis, & illatis in re locata, *l. certi iuris C. locat.* Intelligendo tamen non de locatore domus ad inhabitandum, ſed de locatore apothecæ horrei, cellæ vinariæ nauilij, aut alterius rei, quæ deſeruiat pro conſeruatione rei inuectæ, & illatæ, *ita declarant & diſtinguunt Bartol. in l. interdum ſub num.* 2. *verſic. nota etiam quod dicitur ff. qui potior. in pignor. habeant Iaſ. in l. Item quia ſub num.* 2. *in tertia limitatione in fin. verſic. ne dicas. vtilitatem. ff. de part. & in §. item Seruiana nu.* 60. *inſtit. de action. Ioſeph. Ludouic. deciſion. Peruſ.* 85. *nu.* 4. *part.* 2. *Carpan. ad ſtatut. Mediolanen. cap.* 232. *nu.* 34. *par.* 1. *fol.* 255. *& cap.* 390. *nu.* 6. *part.* 2. *fol.* 160. *Marius. muta ſuper conſuetud. Panorm. cap.* 34.

cap. 34. *nu.* 6. *fol.* 290. *Vital. de clauſul. in verb. & ſpecialiter obligauit nu.* 4. *in fin. Stracch. de nauib. par.* 3. *nu.* 29. *fol.* 161. *Borgnin. deciſ.* 26. *nu.* 23. *part.* 2. *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *titul.* 23. *num.* 2. & 3. *fol.* 635. *Vincent. Caracc. de locat. & conduct. in titul. de inuectis quæſt.* 21. *nu.* 4. *fol.* 232. *Paſchal. de virib. patr. poteſt. par.* 4. *cap.* 6. *num.* 68. *Stephan. Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 68. *nu.* 4. *tom.* 1. & *cap.* 713. *nu.* 3. & 4. & 5. *tom.* 4. *Ioan: Dominic. Gait. in tract. de credit. cap.* 4. *quæſt.* 11. *num.* 1586. & 1587. *vbi hanc eſſe veriorem, & communem opinionem fatetur fol.* 413.

317 Item ille, qui mutuauit pecuniam ad reficiendam domum, ſeu nauem, ſeu molam, ſeu aliam rem, habet prælationem, etiam contra omnes anteriores creditores, *Roderic. de ann. reddit. lib.* 2. *quæſt.* 20. *nu.* 13. *Ioan: Dominic. Gait. de credit. cap.* 4. *quæſt.* 11. *nu.* 1555. *fol.* 411. *Carocc. de locat. & conduct. in titul. de inuect. dicta quæſt.* 21. *nu.* 5. *fol.* 232.

318 Item ille, qui ſubminiſtrauit cibaria nautis, ſine quibus nauis ad portum peruenire non poteſt præfertur ſuper dicta naui, ac ſuper bonis in ea inuectis omnibus alijs, *Gait. d. quæſito* 11. *ſub dicto nu.* 1555. *fol.* 411.

319 Item ille, qui expendit pecunias in alimentis inſtitorum, ſeu famulorum, ſine quibus negotium ſubſiſtere non poterat, habet prælationem in negotio poſitis, *Tiber. Decian. reſponſ.* 109. *ſub nu.* 23. *vol.* 2.

320 Item ille, qui mutuauit triticum, vel aliam materiam pro ſemine agri, vel mutuauit pecuniam ad ſeminandum præfertur ſuper illo ſemine omnibus alijs, *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 23. *nu.* 11. *fol.* 636. *Caſtill. Sicil. deciſ.* 10. *nu.* 6. *tom.* 1. *Gait. de credit. cap.* 4. *quæſito* 11. *num.* 1557. *fol.* 411.

321 Muliones pro vectura habent prælationem, & ſic etiam nautæ prælatione gaudent ſuper bonis vectis pro eorum mercede, *Gait. vbi ſup. dicto quæſito* 11. *ſub num.* 1989. & 1990. *fol.* 445.

322 Pecudarij, seu alij quicumque custodes gregum, & armentorum, seu aliorum animalium præferuntur pro mercede custodiæ omnibus alijs super dictis animalibus, *Negusant. de pignor. part. 7. membr. 3. sub num. 13. fol. 185. Borgnin. decis. 23. num. 31. par. 1. Caracc. de locat. & conduct. in tit. de differmitate quæst. 5. nu. 4. fol. 256. Surd. de aliment. titul. 8. priuileg. 62. sub nu. 13. fol. 916.*

323 Similiter ille, qui pasculum locauit, vel vendidit in specie pro animalium pastura, vel alia alimenta præbuit animalibus, vel animalium custodibus habent prælationem super dictis animalibus, *Borgnin. d. decis. 44 nu. 47. par. 1. Giurb. decis. Sicil. decis. 40. nu. 1. Garf. de expens. cap. 4. num. 31. Surd. de aliment. titul. 8. priuileg. 62. sub nu. 19. Gratian. disceptat. forens. cap. 25. nu. 22. & 23. tom. 1.*

324 Doctores, Scholastici, Iudices, Vicarij, Ludimagistri, & similes pro eorum salarijs habent tacitam hypothecam à iure, cum priuilegio prælationis, vt comprobant, *Horat. Lac. de priuileg. scholar. priuil. 34. Gratian. disceptat. forens. cap. 257. nu. 17. vsq; ad nu. 24. tom. 2. Gait. de credit. cap. 4. dicto quæsito 11. nu. 1566. & 1567. vbi de magis commun. opinione testatur fol. 412.*

325 Procuratores, & Aduocati, vel alij, qui rem recuperarunt à litibus præferuntur super eadem re pro suo salario cæteris creditoribus, *Gait. de credit. dicto quæsito 11. num. 1569. fol. 412. Gratian. dicto cap. 257. nu. 26. & 27. & 28. tom. 2. & sic fuit decisum in vna Romana salarij prima Iulij 1569. coram bo: me: Oradino.*

326 Pupilli super bonis tutorum pro tutelæ administratione præferuntur omnibus alijs potiorem, & expressam hypothecam habentibus, etiam si esset fiscu, *Borgnin. de tutor. & curator. sub nu. 225. fol. 130. Statil. Pacific. de Saluian. interdict. inspect. 3. cap. 4. n. 492.*

327 Pauper si sit creditor, & veniat in concursu præfertur omnibus alijs creditoribus non pauperibus, vel non ita indigentibus, *vt probant Molfes. cons. 13. nu. 10.*

*nu.*10. *Honded. conſ.*29. *nu.*95. *vol.*1. *vbi de benigniore, & æquiore opinione teſtatur Gait. de credit. cap.* 4. *dicto*
328 *quæſito* 11. *num.*2046. *&* 2047. *fol.*451. qui tamen loquitur quando concurſus fieret inter creditores ha-
329 bentes ſolum perſonalem actionem. Hæres pro expenſis confectionis teſtamenti, ac inuentarij habet prælationem, *Gait. de credit. cap.*4. *quæſito* 11. *n.*1935. *fol.*442. *Gratian. diſceptat. forenſ. cap.*94. *num.*7. *tom.*1.
330 ſimiliter Mercatores ex conſtitutione felicis recordationis Pij V. habent prælationem pro rebus ad vſum corporis datis, de qua conſtitutione meminit, *Rota in Romana prælationis* 8. *Aprilis* 1622. *corã Buratto.*

331 Hæres, ſeu alius qui expenſas funeris fecit habet prælationem ſuper bonis defuncti, *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib.*11. *tit.*23. *nu.*25. *&* 26. *fol.*637. *Gait. de credit. cap.* 4. *quæſito* 11. *num.*1823. *&* 1921. *vbi alios congerit Ioſeph. Ludouic. deciſion. Peruſin.* 78. *nu.*22. *&* 23. *par.*2. *Surd. deciſ.*255. *num* 16. *& ſub nu.*28. *Gratian. diſceptat. forenſ. cap.*94. *à num.*2. *vſque*
332 *ad nu.*20. *tom.*1. *qui ibid. nu.*11. *ſubdit.* hanc eamdem prælationem dari ei, qui mutuauit hæredi pecunias pro expenſis funeris ſi conſtet impenſas factas fuiſ-
333 ſe, cum tali pecunia, & probat, quod ſi paulò poſt mutuum factæ fuerint impenſæ ob talem breuitatem temporis præſumi fuiſſe factas de pecunia mutuata, *& hoc idem firmat Surd. deciſ.*55. *ſub nu.*9. *&* 10.

334 Creditor ex cauſa medicamentorum, & aliorum ſumptuum pro valetudine defuncti habet prælationem, *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.*11. *dicto titul.* 23. *nu.*26. *fol.*627. *Gait. de credit. dicto quæſito* 11. *nu.*1824. *Surd. d. deciſ.*255. *nu.* 25. *Gratian. diſcept. forenſ. dicto cap.*94. *nu.*14. *tom.*1.

335 Et hinc prætendunt Aromatarij habere de iure prælationem ſuper omnibus creditoribus pro pharmacis, & alijs rebus medicinalibus, ac medelis, ſed
336 tamen ipſi cautiùs agendo impetrarunt priuilegium à Clemente Octauo, in quo eis datur prælatio ſuper

omnibus, & quibuſcumque creditoribus pro phar-
337 macis, & rebus medicinalibus ad quaſuis infirmita-
tes ſubminiſtratas, nam de iure non haberent præ-
lationibus pro omnibus rebus medicinalibus, ſed
pro illis tantum, quæ inſeruiuerunt in infirmitate
vltima defuncti, ſcilicet in illa, in qua obijt ſecus de
illis, quæ inſeruiuerunt in alijs infirmitatibus, *Ro-
land. à Vall. conſ.* 14. *num.* 26. *&* 27. *part.* 1. *Gratian. di-
ſcept. forenſ. cap.* 94. *num.* 19. *tom.* 1. & inde ſequitur,
quod cum dictum priuilegium Clementis VIII.
concedens prælationem Aromatarijs pro medelis
adhibitis, in quibuſcumq; infirmitatibus fuerit con-
339 ceſſum Aromatarijs Vrbis, Aromatarij extra Vr-
bem non habebant aliud priuilegium prælationis
niſi illud, quod de iure eis conceditur, & ſic præla-
tionem tantum habebant pro medelis in vltima in-
firmitate datis non pro alijs.

340 SS NEC DEBITORIBVS IPSIS, an hoc idem
dicendum ſit de ſocijs debitorum. Quia ſæpè Pi-
341 ſtores credere ſolent panem, aliaſque res ad artem
ſpectantes eis, qui ſocietatem cum alijs habent, ope-
ræ pretium eſſe duxi diſcutere an, & quando Piſto-
res actionem habeant contra ſocios, & pro huius
articuli reſolutione duo caſus conſiderandi ſunt.
342 Primus caſus eſt, quando Piſtor dat panem, vel
aliam rem concernentem artem Piſtoriam, alicuiq;
ſocietatem habeat cum vno, vel pluribus, & tunc
diſtinguendum eſt, aut iſta ſocietas eſt vniuerſalis,
343 aut eſt particularis. Si ſocietas eſt vniuerſalis, vide-
licet omnium bonorum, & iſto caſu, ſi vnus ex ſo-
cijs accipit panem, vel aliam rem concernentem
Piſtoriam artem, Piſtor habebit obligatos inſoli-
dum alios ſocios, eorumque bona *Card. Mantic. de
tacit. & ambig. conuent. lib.* 6. *titul.* 22. *nu.* 2. *&* 3. *fol.* 426.
344 etiam ſi non probet talem ſocium cepiſſe panem pro
ſeruitio ſocietatis, ſeu ſociorum, & etiam ſi non
probet panem verſum fuiſſe, ſeu inſeruiſſe in ſocie-

tatis,

tatis, seu sociorum vsu, *ita tradunt Stephano Gratian. disceptat. forens. cap.* 279. *num.* 17. *tom.*2. *& cap.* 725. *nu.*4. *tom.*4. *& cap.*904. *nu.*10. *tom.*5. *Card. Mantic. vbi supra dicto titul.*22. *nu.*2. *&* 3. *fol.*426. *Menoch. cons.*375. *sub nu.*31. *vol.*4.

345 Et ratio est, quia in societate vniuersali veniunt omnia prospera, ac aduersa, neque consideratur vtilitas propria, aut particularis, sed omnia communicantur, etiam si sint extra causam societatis, seu sociorum, *Ias. cons.*5. *sub nu.*7. *vol.*1. *& cons.*3. *sub nu.*20. *vol.*3. *Roland. à Vall. cons.*91. *à nu.*34. *vsq; ad fin. vol.*1. *Menoch. de arbitrar. lib.*2. *cons.*127. *nu.*2. *&* 3. *Berett. cons.*19. *nu.*6. *Crauett. cons.*159. *sub nu.*7. *Gratian. discept. forens. cap.*643. *num* 9. *tom* 4. *& dicto cap* 904. *num.*13.

346 *&* 14 *tom.*5. & ob istam rationem nihil interest, an Pistor dederit panem tali socio contemplatione societatis, & nomine sociali, an verò nomine proprio, quia vtroq; casu alij socij tenebuntur ad æs alienum à tali socio contracto, etiam si contractum sit absq; nomine sociali, & extra causam societatis, *ex traditis*

347 *à supracitatis Doctoribus.* & hoc procedit non solum in societate vniuersali expressè contracta, sed etiam in societate vniuersali tacitè inita, *Gratian. d. cap.*904. *num.*15. *tom.*5.

348 Aut verò Pistor panem dedit alicui habenti societatem particularem cum aliquo, & tunc ad hoc, vt ipse obligatos habeat alios socios plura requiruntur. Primò, quod probet huiusmodi societatem, *Petr. de Anchar. cons.*322. *nu.*6. *Riminald. Iun. cons.*636.

349 *num.*53. *vol.*6. quam tamen probationem posse fieri ex præsumptionibus, *tradit Menoch. cons.*410. *nu.*51. *volum.* 5.

350 Secundò, quod socius panem, seu aliam rem ceperit nomine sociali, alias enim ex tali debito non remanerent obligati alij socij, si socius debitum contraxerit nomine proprio, *Prosper. Paseth. cons.* 199. *nu.*5. *Paul. Leon. cons.*18. *sub num.*2. *vers. item vltra, &*

nu. 13. *Alex. conſ.* 129. *ſub nu.* 2. *verſic. ſed etiam requiritur vol.* 5. *& conſ. penult. ſub nu.* 12. *Riminald. ſen. conſ.* 283. *nu.* 6. *vol.* 2. *Riminald. Iun. conſ.* 331. *num.* 5. *vol.* 3. *Claud. Bertazol. in adnotation. ad conſil. criminal. Bartholomæi eius Patris conſ.* 224. *in litera D. vol.* 1. *Rota Ianuen. apud Bellon. deciſ.* 14. *nu.* 94. *Ioan: Aloyſ. Ricc. collectan. deciſion. part.* 1. *collect.* 1913. *in princ. Theſaur. deciſ.* 136. *nu.* 4. *Stephan. Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 964 *nu.* 4. *tom.* 5. *Rota Marchiæ Anconitanæ apud eumdem Gratian. deciſ.* 178. *nu.* 11. *& ibi idem Grat. in addition. num.* 4.

251 Et in dubio æs alienum à particulari ſocio contractum præſumitur nomine proprio non ſociali, niſi nomen ſociale exprimatur, *Cæphal. conſil.* 569. *nu.* 18. *Alex. dicto conſil. penult. ſub nu.* 12. *vol.* 7. *Riminald. Iun. dicto conſ.* 331. *nu.* 6. *vol.* 3. *Rota Marchiæ apud Gratian. dicta deciſ.* 178. *nu.* 13. *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuention. lib.* 6. *titul.* 22. *nu.* 5. *fol.* 426. *Rota Ianuen. apud Bellon. deciſ.* 91. *nu.* 6. *Rota in recent. deciſ.* 700. *ſub nu.* 8. *par.* 2.

352 Aduertendum tamen eſt, quod etiam ſi panis datus, ſeu alia res ad Piſtoriam artem data ſit alicui, abſque expreſſione nominis ſocialis, attamen ſi Piſtor probaret panem, vel aliam rem verſum fuiſſe, vel verſam fuiſſe in vſum ſocietatis haberet Piſtor, contra alios ſocios actionem rei verſæ, *Paul. Leon. d. conſ.* 18. *ſub nu.* 10. *verſic. fallit tamen. Gratian. diſcept. forenſ. dicto cap.* 964. *num.* 6. *tom.* 5 *& hoc idem ſentiunt Paul. de Caſtr. in l. fin. ſub nu.* 2. *verſic. ſi verò appareret ff. de exercit. act. Alex. dicto conſ.* 76. *ſub nu.* 12. *verſic. vtilitatem omnium vol.* 4. *& conſ.* 139. *ſub nu.* 4 *verſ. ſaltem quatenus vol.* 5. *Crauett. d. conſ.* 129. *ſub nu.* 12. *verſ. nec aliter appareat. Ioan: Aloyſ. Ricc. dicta collect.* 1913. *in princ. verſ. & non apparente de vtilitate part.* 5. quia

353 alias ſocij (qui vtilitatem ſenſerunt) locupletarentur, cum alterius iactura, quod in iure inconueniens eſt, *l. nam hoc natura ff. de condict. indeb. l. iure*

naturæ

natur. ff. de regul. iur. cap. locupletari de reg. iur. in 6.

354 Tertium requisitum est, vt Pistor probet panem, vel aliam rem datam socio particulari versum, seu versam fuisse in vsus societatis, alioquin alij socij non tenentur, *l. iure societatis ff. pro soc. Ruin. cons. 29. sub nu. 4. vol. 5. Thom. Doccius cons. 198. num. 9. Tiber. Decian. cons. 7. nu. 16. vol. 2. Petr. de Vbald. in tract. de duob fratrib par. 9. sub nu. 1. in fin. & sub num. 2. versic. & in vtilitatem communem Riminald. Iun. consil. 331. nu. 8. vol. 3. Statil. Pacific. de Saluian. interdict. inspect. 3. cap 2. nu. 587. fol. 162. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. titul. 22. nu. 4. fol. 426. Thesaur. decis. 136. sub nu 6. Ioan: Aloys. Ricc collectan. decision. par. 4. collectan 1376. in princ Card Seraphin. decis. 375. nu. 1.* contrarium tamen tenet, *Stephan. Gratian. disceptat.*

355 *forens cap. 279. num. 17. & 18. & 19. tom 2.* vbi vult versionem in vtilitatem societatis probandam esse, quando agitur inter eosdem socios, scilicet quando vnus socius agit contra alios pro repetitione pecuniarum pro societate erogatarum, tunc enim debet probare pecunias versas fuisse in vtilitatem socij, secus quando essemus in extraneo contrahente cum aliquo ex socijs, quia talis extraneus non debet esse sollicitus, quod res conuertatur in commodum societatis. Sed Doctores à Gratiano relati, & præsertim

356 *Surd. decis. 156. loquuntur*, quando contractus factus fuit cum institore, non autem quando initus fuit, cum simplici socio, & sic authoritas Gratian.

357 non remanet fundata. Dic igitur quod, aut ille cum quo Pistor, seu alius contraxit erat simplex socius, & tunc Pistor, vel alius creditor probare debet, & tenebitur versionem panis, seu alterius rei in vsus societatis, *ex superiùs allegatis*.

358 Aut verò ille, cum quo Pistor, seu alius contraxit, non erat simplex socius, sed erat institor, vel administrator, vel alia persona, mandatum speciale habens, & tunc non tenebitur Pistor, seu alius creditor

ditor probare verſionem, *Andre. Alciat. in l. ciuitas num. 5. ff. ſi cert. pet. cum alijs infra allegandis.*

359 Sufficit enim Piſtori, ſeu alteri creditori iſto caſu probare panem, vel aliam rem, conſignas ſe, nec ad aliud tenetur, etiam ſi res ad vſum deſtinatum non conuertatur ſibi enim imputet dominus ſi malum

360 inſtitorem, ſeu procuratorem elegit, *l. ſed, & ſi quis ff. de inſtit. action. Bartol. conſ. 79. nu. 3. par. 1. Ioan: Petr. Bimius conſ. 10. nu. 22.*

361 In caſu autem, in quo requiritur probatio verſionis quamuis illa probanda ſit, cum non preſumatur, *Bald. in l. ei qui ſeruo num. 2. C. quod cum eo, Caſtrenſ. in l. ciuitas num. 10. ff. ſi cert. pet. Ioan: Petr. Bimius dicto conſ. 10. ſub nu. 57.*

362 Non tamen requiritur ad probandam huiuſmodi verſionem exacta, & plena probatio, ſed ſufficit probatio etiam per coniecturas, & præſumptiones, *vt comprobant Andr. Alciat. in dicta l. ciuitas ſub nu. 18. & 19. ff. ſi cert. pet. Paul. de Caſtr. conſ. 337. ſub nu. 2. vol. 1. & in dicta l. ciuitas ſub nu. 10. Auguſtin. Barboſ. in cap. penult. nu. 18. de fideiuſſor. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 5. caſu 432. nu. 33. Iaſon. in dicta l. ciuitas ſub num. 17. in fin. Statil. Pacific. de Saluian. interdict. inſpect. 3. dicto cap. 2. num. 588. fol. 162. Maſcard. de probation: vol. 2. concl. 728. nu. 3. Roman. in dicta l. ciuitas nu. 8. Stephan. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 632. num. 15. tom. 4. vbi alias cumulat.*

363 Et hæc opinio æquior re vera eſt, & eſt tenenda, cum difficile ſit probare concludenter verſionem, immò arbitratus eſt eſſe impoſſibile, *Redoanus in tract. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 4. §. verum ſub nu. 2. fol. 325.* qui tamen oblitus huiuſmodi rationis infe-

364 riùs *in §. item aduertè num. 13.* voluit verſionem non poſſe probari per coniecturas, & multò magis materia verſionis redditur difficilis in debito panis, ſeu frumenti, ſi enim Piſtor dat panem, ſeu frumentum pro cultura agrorum, quomodo poſſet probare con-

concludenter huiusmodi versionem? cum expensio panis, seu frumenti habeat tractum successiuum, & non vnica vice expendatur, vt egregiè aduertit, *Petr. de Ancharan. in dicto cap. penult. sub num.* 10. *versic. &*
365 *similiter esset absurdum de fideiussor.* stat igitur firma conclusio huiusmodi versionem posse probari per coniecturas, & valdè conferret ad præsumendam
366 talem versionem probitas, & bona qualitas socij, qui debitum contraxit, *Redoanus de reb. Eccles. non alien. quæst.* 4. *dicto* §. *verum nu.* 10. *fol.* 324. *Menoch. de arbitr. dicto casu* 432. *num.* 36. *Gratian. disceptat. forens. dicto*
367 *cap.* 632. *nu.* 19. *tom.* 4. similiter si probaretur, quod societas de tempore dati panis, vel frumenti, vel alterius rei indigebat huiusmodi re, tunc enim coniectura intraret talem rem versàm fuisse in indigentijs societatis, *Bald. in Auth. hoc ius porrectum sub nu.* 23. *C. de sacrosanct. Eccles. Alex. in d. l. ciuitas sub nu.* 11. *ff. si cert. pet. Castrens. dicto cons.* 337. *sub num.* 2. *vol.* 1. *Redoan. de reb. Eccles. non alien. quæst.* 4. *dicto* §. *verum sub num.* 3. *&* 4. *fol.* 324. *Mascard de probation. dicta conclus.* 728. *sub nu.* 3.
368 Præsertim si probaretur, quod post huiusmodi dationem panis, vel alterius rei ager fuit cultus, vel negotium fuit factum, tunc enim præsumeretur id secutum fuisse mediante illo pane, vel illa re, & coadiuuaretur inde coniectura versionis, *Bald. in l. vlt. sub nu.* 2. *versic. contra ff. de exercit. act. & in dicta Auth. hoc ius porrectum sub nu.* 23. *C. de sacrosanct. Eccles. Card. Alban. in dicta l. ciuitas sub nu.* 13. *ff. si cert. pet. Menoch. de arbitrar. dicto casu* 432. *num.* 38. *Castrens. cons.* 337. *sub num.* 2. *vol.* 1. *Mascard. dicta conclus.* 728. *sub num.* 3.
369 & multò magis si paruum tempus intercessisset inter traditionem rei, & perfectionem negotij, *ad tradita per Surd. d. decis.* 55. *sub num.* 9. *&* 10. *& Gratian. disceptat. forens. d. cap.* 94. *nu.* 11. *tom.* 1.
370 Nam quamuis potuisset agri cultura, vel negotij terminatio fieri aliunde, tamen id non præsumitur,

nisi

nisi exaduerso probetur, sed benè præsumitur agri culturam, vel negotij terminationem secutam fuisse ex pane, vel frumento, vel alia re data, seu dato, *ita optimè tradunt Bald. in dicta Auth. hoc ius porrectum sub nu. 23. C. de sacrosanct. Eccles. Redoan. de reb. Eccles. non alienan. in dicto §. verum sub num. 4. fol. 324.*

371 Similiter confessio socij, qui debitum contraxit, præsertim si esset iuramento vallata valdè confert ad præsumendum verisimem præsertim iunctis alijs adminiculis, *Bald. in dicta Auth. hoc ius porrectum sub nu. 23. C. de sacrosanct. Eccles.*

372 Quartum requisitum est, vt debitum contractum sit ex causa aliquo modo necessaria societati, & societatem concernente alias, si debitum contractum esset extra societatis pertinentiam non tenerentur alij, *Peregrin. conf. 95. sub nu. 5. vol. 3. Laurent. de Pinu conf. 155. num. 1. & 2. Anton. Faber. decis. 1. C. pro soc. Ioan: Aloys. Ricc. collectan. decision. parte 4. collectan. 1376. circa fin. Prosp. Paseth. dicto conf. 199. sub nu. 7. & 8. & 12. & 13. Card. Paris. conf. 93. nu. 27. & 28. & 29. vol. 1. & conf. 94. nu. 23. eodem vol. 1. Bartholom. Bertazol. consil. criminal. 442. sub nu. 10. vol. 2. Rota Ianuen. apud Bellon. decis. 14. sub nu. 111. & 112.*

373 Dummodo tamen per Pistorem, seu alium creditorem non probaretur panem, vel aliam rem traditam versam fuisse in vtilitatem societatis, seu sociorum, vel nisi probaretur ratificatio sociorum huiusmodi debiti, tunc enim dicti socij tenerentur, & obligati essent, etiam si debitum contractum fuisse extra necessitatem, vel causam societatis, *Prosp. Paseth. dicto conf. 199. sub nu. 13.*

374 Quintum requisitum est, vt panis datus sit, vel alia res data sit socio, tamquam socio, & contemplatione societatis, alias non habet Pistor, seu alius creditor obligatos alios socios, quorum fidem secutus non fuit, nisi versionem in societatis vsum probaret, *Thesaur. dicta decis. 136. sub nu. 6. & 7.*

Sextum

375 Sextum requisitum est, vt debitum contractum à socio contractum sint durante societate, non autem ante ceptam, vel post dissolutam societate, quia alias non essent obligati socij, si debitum contractum esset ante, vel post societatem nisi probaretur versio in vtilitatem sociorum, *Paris. dicto consil. 94. num. 15. lib. 1. Gratian. disceptat. forens. dicto cap. 964. num. 3. tom. 5.*

376 Septimum est, vt pretium panis, vel alterius rei dati, vel date vni ex socijs non excedat valorem societatis, nam in illo excessu non tenentur socij, cum illi obligari possint ex facto socij quousque se extendunt bona socialia, & non vltra, non enim de proprio tenentur, *ita tradant Petr. de Ancharan. cons. 332. sub num. 4. versic. facit, quod non amplius, Dec. in l. qui cum alio sub nu. 2. ff. de regul. iur. Card. Paris. d. cons. 93. nu. 31. vol. 1. dicto cons. 94. nu. 28. eodem vol. 1. Bertazol. dicto consil. criminal. 483. num. 8. lib. 2. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. d. titul. 22. nu. 8. fol. 426. Statil. Pacific. de Saluian. interdict. inspect. 3. d. cap. 2. nu. 590. fol. 162. Cacheran. decis. 149. sub num. 8. vbi de communion. opinion. testatur Rota Ianucn. apud Bellon. dicta decis. 14. sub nu. 110. & 111.*

377 Duobus tamen casibus istud requisitum locum non habet, & Primò quando essemus in societate, in qua nihil positum fuisset, præter industriam puta quãdo plures sunt socij vnius vectigalis, vel alterius negotij, in quo nihil poneretur, tunc enim ex debito contracto ab vno ex socijs obligarentur bona propria sociorum, quia alias fraudarentur creditores, *ita egregiè limitat Surd. dicta decis. 213. in fin. secutus à Statil. Pacific. de Saluian. interdict. inspect. 3. d. cap. 2. sub nu. 590. fol. 162.*

378 Secundò quando socius in specie obligaret bona sociorum, tunc talis obligatio comprehenderet, etiam bona sociorum propria, & non posita in societate, vt declarat, *Surd. dicta decis. 213. sub num. 3. & 4.*

379 & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. vbi subdit, quod illa conclusio, quod ex debito contracto à socio non teneantur socij vltra bona, & summam posita, seu positam in societate procedit solum in dubio, & quoties non adest expressa obligatio bonorum sociorum, *& hoc idem firmat. Gratian. disceptat. forens. cap. 725. sub nu. 5. tom. 4. & in additione ad decis. March. Anconitan. dicta*

380 *decis. 178. sub nu. 7. & 8.* socius autem potest obligare bona propria sociorum, *vt probant Surd. d. decis. 213. nu. 8. Gratian. disceptat. forens. dicto cap. 725. nu. 5. tom. 4. & in addition. ad dictam decis. Marchiæ Anconitanæ 178. num. 7. & 8.*

381 Si enim potest obligare personas sociorum, etiam cum obligatione Camerali, *Sylvestr. Zacch. de obligat. Camer. quæst. 5. nu. 26. fol. 49. Gratian. disceptat. forens. cap. 279. num. 2. & cap. 391. num. 38. & 39. tom. 2.*

382 Multò magis obligare poterit bona cum persona sit dignior, *arg. l. non debet ff. de reg. iur.*

383 Considerandum tamen est, quod quamuis ad debitum contractum à socio teneantur alij socij, non tamen tenentur insolidum, sed pro rata dumtaxat, *Cacheran. dicta decis. 249. sub nu. 6.*

384 Hæc tamen conclusio dupliciter fallit, & Primò quando constaret illum socium, qui debitum contraxit fuisse expressè, vel tacitè constitutum institorem, vel ministrum, vel præpositum, tunc enim ex tali debito tenerentur alij socij insolidum, *Menoch. qui alios cumulat. cons. 1185. sub num. 25. vol. 12. Statil. Pacific. de Saluian. interdict. inspect. 3. cap. 2. num. 596. fol. 161. Cacheran. dicta decis. 249. sub nu. 7. vbi de communi opinion. testatur. Rota Lucan. apud Magon. decis. 1. nu. 28. Gregor. XV. decis. 270. nu. 10.*

385 Secundò fallit quando probaretur, quod socij promiscuè negotiari soliti erant modò vnus, modò alter, tunc enim (ex quo videntur omnes ad inuicem præpositi societati) tenentur omnes insolidum ex debito contracto ab vno ex socijs, *Ronchegall. in*

l. eam-

l. eamdem num. 187. *ff. de duobus reis, Menoch. conſ.* 410. *nu.* 37. *vol.* 5. *Ioan: Aloyſ. Ricc. collectan. deciſion. par.* 4. *dicta collectan.* 1376. *verſ. maximè dicitur vera fol.* 322. *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 6. *d. tit.* 22. *ſub nu.* 8. *verſ. ſed ſi plures Surd. dicta deciſ.* 213. *nu.* 1. *&* 2. *qui alios congerit. Greg. XV. d. deciſ.* 270. *ſub nu.* 10. *& deciſ.* 302. *nu.* 1. *Rota poſt Statil. Pacific. de Saluian. interdict. deciſ.* 147. *nu.* 1. *Rota in Romana pecuniaria, ſeu Maſſæ* 8. *Februarij* 1585. *coram Robuſterio Rota in Bononien. pecuniaria* 19. *Martij* 1610. *coram Card. Sacrato, quæ eſt poſt Dominic. Pic. ad ſtatut. Vrb. cap.* 151. *deciſ.* 61. *nu.* 5.

386 Vltra quod indiſtinctè ſocios ex facto ſocij inſolidum obligari firmant, *Caſtrenſ. Angel. Ludouic. Bolognin. Bald. & alij ſecuti, & relati à Gratian. diſceptat. forenſ. dicto cap.* 279. *nu.* 8. *&* 9. *& num.* 44. *&* 45. *tom.* 2.

387 vbi probat illam opinionem, quæ vult ſocios non obligari ex facto ſocij, niſi pro rata intelligi reſpectu ipſorum ſociorum ſecus reſpectu contrahentium, cum ſocijs videlicet, vt quando ſocij agerent inter ſe pro repetitione, vel diuiſione expenſarum, & debi-

388 torum, quod tunc procedit illa concluſio, quod fit diuiſio, & tenentur pro rata, quãdo verò agitur non inter ipſos ſocios, ſed inter ſocios, & extraneum, qui contraxit cum vno ex dictis ſocijs, tunc omnes tenentur inſolidum, *& Gratianus vbi ſupra teſtatur*. ſic diſtinxiſſe etiam Rotam Romanam in dicta Romana pecuniaria, ſeu Maſſæ 8. Februarij 1585. coram Robuſterio, & hoc idem voluit ipſe, *Gratian. diſceptat. forenſ. dicto cap.* 725. *nu.* 7. *tom.* 4. *& cap.* 967. *num.* 35. *tom.* 5. & hanc eadem opinionem amplexi ſunt, *Menoch. conſ.* 410. *nu.* 42. *vol.* 5. *Rota Ianuen. apud Bellon. deciſ.* 46. *ſub nu.* 3. *&* 4. *&* 5.

389 Secundus caſus eſt, quando Piſtor dat panem, ſeu aliam rem concernentem Piſtoriam artem inſtitori, ſeu factori, ſeu vergario, & iſto caſu perinde eſt, ac ſi panem, ſeu aliam rem daret dominis, qui talem inſtitorem elegerũt, & obligati remanent domini.

l. 1. ff. de inſtit. act. Rimin. Iun. conſ. 52. nu. 124. vol. 1. Bartholom. Bertazol. conſil. crimin. 509. ſub nu. 5. lib. 2. Mandell, conſ. 104. nu. 5. & 6. Ioan: Petr. Bimius conſ. 10. nu. 21, Scacc. de appellat. quæſt. 17. limitat. 9. ſub nu. 23. verſic. confirmatur tertio Gratian. diſcept. forenſ. cap. 8[illegible]. num. 17. tom. 5. Menoch. conſil. 296. num. 14. vol. 3. Rota Ianuen. apud Bellon. deciſ. 14. num. 1. Syluan. conſil. 8. nu. 14. vol. 1.

390 Immò remanent domini obligati inſolidum, *Rimin. Iun. conſ. 331. num. 3. & 4. vol. 3. Gregor. XV. dicta deciſ. 270. ſub num. 10. Rota Siciliæ apud Mar. Mutam deciſ. 66. nu. 16. Menoch. dicto conſ. 410. num. 50. vol. 5. Card. Pariſ. dicto conſ. 93. nu. 3. & 4. & 5. vol. 1. Gratiau. diſceptat. forenſ. cap. 967. num. 36. tom. 5. Rota Ianuen. d. deciſ. 14. ſub nu. 1. & nu. 20. & 21. & deciſ. 166. nu. 2.*

391 Et hoc adeò verum eſt, vt quamuis ſocij quando inſtitorem, ſeu vergarium elegerunt pactum, & conuentionem feciſſent, vt pro debito contrahendo ab ipſo inſtitore teneretur quilibet illorum pro rata dumtaxat, nihilominus non obſtante tali pacto ſocij tenerentur inſolidum ad fauorem creditoris, quia tale pactum parit effectum inter ſocios, non autem nocet creditori, vt ſic decidiſſe Senatum Pedemontanum de anno 1603. teſtatur, *Gaſpar. Anton. Theſaur. in addition. ad dictam deciſionem Theſaur. ſui Patris 136. in litera A. in princ.* & ſic fuiſſe quoq; deciſum teſtatur, *Ioan: Aloyſ. Ricc. collect. deciſion. par. 5, dicta collect. 1913. in med.*

392 Sed tamen ad hoc, vt Piſtor habeat actionem, ſeu obligationem contra dominos inſolidum plura requiruntur, & Primò, vt Piſtor probet illum (cui panem, vel aliam rem dedit) fuiſſe inſtitorem, vel vergarium, vel præpoſitum, vel mandatarium, quia hoc non præſumitur, *Bald. in l. ſeruus tuus, nu. 1. C. de inſtitor. & exercit. Ioan: Petr. Bimius dicto conſil. 10. num. 37. & 38.*

393 Non tamen neceſſe eſt, vt probet expreſſum man-

mandatum institorium, sed satis est, vt doceat de tacito, *Rota Ianuen. apud Bellon. dicta decis. 14. sub nu. 4.*

394 Sicut enim expresse, ita etiam tacitè institor, seu vergarius, seu alius minister constitui potest, *Ioan. Petr. Bimius dicto cons. 10. num. 32. & 33. Rota Ianuen. dicta decis. 14. nu. 3.*

395 Et tacitè dicitur quis constitutus institor, seu præpositus, seu minister quando gerit negotia alterius, & ille scit, & patitur, & non reclamat, *l. 1. §. magistrum, & ibi Doctores ff. de exercit. Bertazol. cons. crimin. 161. nu. 7. vol. 1. & cons. 509. nu. 4. vol. 1. Rota Ianuen. dicta decis. 14. nu. 4. Gratian. discept. forens. cap. 677. nu. 24. & 26. tom. 4. faciunt Afflict. decis. 308. sub nu. 6. & 7. & 8. Card. Paris. dicto cons. 93. num. 12. & 13. & 14. & 15. & 16. vol. 1.*

396 Nec ad istum effectum differt mandatum expressum à tacito, nam siue expresse, siue tacitè, quis institor, seu minister, quis constitutus sit tenentur domini insolidum ad debitum à tali ministro contractum, *Gratian. discept. forens. dicto cap. 677. nu. 25. tom. 4. Claud. Bertazol. in addition. ad dictum cons. 224. Bertazoli eius Patris in litera B. vol. 1. in criminal.*

397 Et quatenus Pistor probare non posset mandatum institorium expressum, aut tacitum sufficeret ei probare, quod debitum conuersum fuerit in vtilitatem dominorum, seu societatis, quia tunc haberet obligatos dominos, etiam si ille institor non fuisset, *Bald. in dicta l. seruus tuus in princ. & ibi Salicet. & Castrens. & alij C. de institor. & exercit. act. Hieron.*

398 *Gabr. consil. 71. num. 6. vol. 1.* quia versio habet vim mandati, *Bimius dicto cons. 10. sub nu. 56. Menoch. dicto cons. 1185. nu. 19. & sub num. 28. vol. 12.* vel quatenus

399 Pistor probare non posset mandatum expressum, vel tacitum, vel versionem sufficeret ei probare, quod domini aliquo modo approbauerint, vel ratificauerint debitum contractum à dicto institore,

400 quia ratificatio superueniens operatur effectum

obligationis contra ratificantes, ac si eorum mandatum ab initio interueniſſet, *Mohedan. deciſ.* 8. *num.* 1. *de offic. procurat. Rota diuerſor. deciſ.* 132. *nu.* 23. *par.* 2. *Bimius dicto conſ.* 10. *ſub nu.* 34. *& ſub nu.* 56. *Scacc. de appellation. quæſt.* 17. *dicta limitatione* 9. *ſub num.* 11.

401 Ratificatio enim æquiparatur mandato, *l. fin. C. ad maced. Surd. deciſ.* 231. *nu.* 11. etiam in requirentibus

402 ſpeciale mandatum, *Scace. vbi ſupra ſub num.* 12. *Surd. dicta deciſ.* 231. *ſub num.* 11. *Mandoſ. de inhibition. quæſt.* 33. *nu.* 3.

403 Quoties autem Piſtor docere poteſt de mandato expreſſo, vel tacito illius, cum quo contraxit, vel de ratificatione dominorum, tunc non tenetur docere de verſione aliqua in vtilitatem dominorum, ſed ſatis eſt, vt doceant ſe panem, vel aliam rem conſignaſſe tali inſtitori, ſeu miniſtro, *Petr. de Ancharan. in dicto cap. penult. ſub num.* 8. *verſ. in re expreſsè ſibi de fideiuſſor. & ibi Ioan: de Anania ſub nu.* 5. *verſ. & nominatim. Paul. de Caſtr. in d. l. quod ſi ſeruus §. in rem autem ſub nu.* 5. *ff. de in rem verſo, & in dicta l. fin. ſub num.* 2. *verſic. item, quando habuit ff. de exercit. act. & in dicta l. ciuitas ſub nu.* 7. *ff. ſi cert. pet. Bartol. in dicta Auth. hoc eius porrectum ſub nu.* 17. *C. de ſacroſanct. Eccleſ. & ibi Bald. ſub num.* 24. *Dec. conſ.* 330. *ſub num.* 2. *& 3. vol.* 1. *latè Surd: dicta deciſ.* 156. *à num.* 1. *vſque ad fin. Alciat. dicta l. ciuitas nu.* 17. *& ibidem Roman. nu.* 10. *& de communi teſtatur Rota in Cluſina grani* 14. *Martij* 1572. *coram Robuſterio.*

404 Et in ſimili videmus quod Eccleſia, ſeu Monaſterium, ſeu Ciuitas non obligatur ex mutuo ſuſcepto ab aliqua perſona, nomine ipſius Eccleſiæ, ſeu Monaſterij, ſeu Ciuitatis, *l. ciuitas ff. ſi cert. pet. cap. penult. de fideiuſſor. cap.* 1. *de depoſit. cap.* 1. *de ſolut. & ibi Canoniſtæ Soccin. ſen. conſ.* 15. *num.* 21. *vol.* 1. *Caſtrenſ. conſ.* 337. *nu.* 1. *vol.* 1.

405 Attamen ſi quis habeat ſpeciale mandatum ab Eccleſia, ſeu Monaſterio, ſeu Ciuitate ad ſuſcipien-

dum

dum mutuum, tunc sufficit, quod procurator fateatur se mutuum accipere pro vsu mandantis, nec est necesse, vt creditor probet versionem in vsum mandantis, *Anton. de Butr. in dicto cap. penult. num. 11. de fideiussor. & ibi Ioan: de Imol. sub nu. 14 & ibi Augustin. Barbos. nu. 13. Castrens. in dicta l. ciuitas sub nu. 7. ff. si cert. pet. & in dicto cons. 337. sub nu. 2. vol. 1. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 5. dicto casu 432. num. 25. & 26. Ias. in dicta l. ciuitas num. 12. Soccin. sen. dicto cons. 15. sub nu. 27. vers. 2. etiam probatur vol. 1. Pinell. in l. 2. C. de rescind. vendit. part. 2. cap 4. num. 69. Redoan. de reb. Eccles. non alien. quæst. 4. dicto §. verum num. 5. fol. 325.*

406 Secundum requisitum est, vt talis institor nomine institorio, & non nomine proprio accipiat panem, vel aliam rem, & sic etiam, vt Pistor panem, vel aliam rem ei det tamquam institori, & contemplatione dominorum alias domini non tenentur, *Rota Ianuen. apud Bellon. dicta decis. 14. nu. 94. Claud. Bertazol. in additione ad consil. Bartholomæi Bertazol. eius Patris dicto consil. criminal. 224. sub litera B. versic. si tamen institor. vol. 1. Rota Marchiæ Anconitanæ apud Gratian. dicta decis. 178. nu. 1. & 2.*

407 Si verò à Pistore probaretur panem, vel aliam rem fuisse in vtilitatem, seu vsus dominorum, vel societatis, vel aliquo modo fuisse tale debitum à dominis approbatum, tenerentur domini non obstante quod panis, seu alia res datus, seu data fuisset nomine proprio, & non contemplatione dominorum, seu societatis, *Rota Marchiæ apud Gratian. d. decis. 178. nu. 3. & 4. & 5. & 6. Rota Ianuen. dicta decis. 14. nu. 97. & 98. & 99.*

408 Tertium requisitum est, vt institor non capiat talem quantitatem panis, seu alterius rei, quæ excedat valorem bonorum positorum in societate, quia socij ex facto institoris non obligantur, nisi pro rata eius portionis, quam habent in societate, nec tenentur de proprio, *Rota Ianuen. apud Bellon. dicta decis. 14. sub*

num. 110. & 111. *Cacheran. dicta decis.* 149. *sub num* 8. & 9. *Rota diuersor. dicta decis.* 132. *nu.* 5. & *nu.* 11. *par.* 2.

409 TT SVB PRÆTEXTV QVOD ADIVERIT, de iure inuentarij confectio non impedit, quin executio fieri possit super bonis hæreditarijs, cum inuentarij beneficium præseruet hæredes à damno, non autem eis suffragetur, vt non teneantur soluere, donec adsunt bona hæreditaria, *Aym. cons.* 225. *nu.* 12. *Surd. cons.* 73. *nu.* 34. *Peregrin. de fideicomm. articul.* 33. *nu.* 13. *Soccin. Iun. cons.* 108. *nu.* 42. *lib.* 2. *Card. Mantic. decis.* 306. *num.* 1. *Rota in nouissim. diuersor. decis.* 270. *nu.* 4. *part.* 4. *Card. Caualer. decis.* 430. *nu.* 6. *Gregor. XV. decis.* 67. *num.* 12. & 418. *num.* 6. & 7. *Rota in recentior. decis.* 61. *nu.* 4. & *decis.* 256. *nu.* 5. *par.* 2.

410 VV VEL ADIRE VELIT HÆREDITATEM CVM BENEFICIO LEGIS, AC INVENTARII, de iure hęredi datur annus ad deliberādum, an velit ædire, vel repudiare hęreditatem, *l. vlt.* §. & *hac quidem C. de iur. deliber. Card. Caualer. decis.* 504. *nu.* 7.

411 Ad inchoandum autem inuentarium de iure hęres habet tempus triginta dierum computandorum à die aditæ hæreditatis, *Guidopap. in tract. de inuentor. nu.* 10. *Porcell. in eod. tract. cap.* 3. *sub num.* 11. *Roland. à Vall. in eod. tract. par.* 3. *in cap. inuentarium quādo debeat inchoari fol. mihi* 43. *Gratian. cap.* 563. *nu.* 27. & 28. *to.* 3.

412 Et infra alios duos menses inuentarium perficere debet, *dicta l. vlt.* §. *sin autem dubius C. de iur. deliber. Bald. cons.* 145. *in princ. vol.* 4. *Hieron. Grat. consil.* 25.

413 *nu.* 17. *vol.* 2. & pendente huiusmodi tempore conficiendi inuentarium non potest hæres à creditoribus conueniri, *text. in dicta l. fin.* §. *donec. C. de iur. deliber. Phanuc. de inuentar. part.* 4. *nu.* 1. & 2. *fol.* 83. *Roland. à Vall. in eod. tract. parte* 3. *in cap. quæritur quo tempore num.* 4. *fol.* 42.

414 Breue tamen indulget Pistoribus, vt conuenire possint hæredes, etiam pendente tempore conficiendi inuentarium dum vult, quod hæredes defuncti

functi retardare non possint solutionem panis, & rerum artis huiusmodi sub prætextu, quod adire velint hæreditatem cum beneficio legis, ac inuentari ji.

415 XX MVLIERES VERO, AVT FILII VIRIS, VEL PARENTIBVS DECOCTIS, VEL MORTVIS, &c. ex dispositione igitur huius Breuis mulieres, aut filij viris, vel parentibus decocti, quando hæreditas non est soluendo tenentur soluere illam quantitatem panis, vel aliarum rerum dictæ artis, quæ marito, vel patre viuentibus tradita, & consumpta fuerint pro ipsis mulieribus factis prius per Pistores, vel eorum hæredes, & successores debitis diligentijs, etiam extraiudicialibus contradictorum virorum, & parentum, sic defunctorum, aut decoctorum bona. Et quia ista materia est vtilis, & quotidie in praxi occurrere potest aliqua notabilia obseruabimus.

416 Primò notandum est dispositionem huius Breuis, ita procedere parentibus, vel maritis sicut illis

417 decoctis ponderando illam dictionem, (aut) quæ est alternatiua, & disiunctiua, & operatur, vt ad verificationem dispositionis sufficiat alteram partem esse veram; *l. si hæredes plures ff. de condit. instit. Ceued. practic. quæst. singul. 6. nu. 2. Hieron. Portoles de consortibus cap. 1. nu. 7. Decian. respons. 42. nu. 10. vol. 1. Honded. cons. 86. nu. 13. vol. 2.*

418 Secundò nota ad hunc effectū paria esse aliquem esse mortuum, vel esse decoctum, cum decoctus æquiparetur mortuo, *Rota Ianuen. apud Bellon. decis. 1. sub nu. 40. in fin. Card. Seraphin. decis. 794. nu. 17.*

419 Decoctus autem dicitur ille qui ob inopiam, siue fictam, seu veram soluere recusat, & fugit, & latitat, *Strach. in tract. de decoct. par. 2. per tot. fol. 176. Anton. Hering. de fideiussor. cap. 5. sub num. 104. fol. 34. Sigism. Scacc. de comerc. & camb. §. 2. gloss. 5. sub num. 173. versic. sed in hac facti.*

420 Tertiò nota Breuis dispositionem, tàm procedere paren-

parentibus, vel maritis mortuis morte naturali, quam etiam morte ciuili. Quia cum Breue loquatur, tàm in casu mortis, quam in casu decoctionis
421 per consequens respexit inopiam, & inhabilitatem debitoris, non autem veram, ac propriam mortem, nam decoctus reputatur pro mortuo, quoad comercia, ac negocia, cum nihil amplius agere possit in præiudicium creditorum, *vt declarat Scacc. de comerc. & camb. §. 2. gloss. 5. quæst. 11. sub num. 329. & 330. fol. 570.*

422 Et hinc est, quod sicut per mortem expirat mandatum, *l. inter causas, & ibi scribentes ff. mandat.* ita
423 etiam expirat per decoctionem, *Bald. in l. rogasti §. si fugitiuus in fin. ff. si cert. pet. Scacc. de camb. §. 2 gloss. 5. nu. 403. fol. 582. Rota Ianuen. apud Bellon. decis. 2. sub*
424 *nu. 30. in fin. & nu. 31. & 32.* cum igitur Breue respiciat impotentiam, seu inhabilitatem debitoris, affirmandum est sub nomine mortis compræhendere
425 voluisse, etiam mortem ciuilem, quæ semper æquiparatur morti naturali quando operatur eumdem effectum, *Alex. cons. 139. sub nu. 8. versic. quinto probatur lib. 2. & cons. 1. sub num. 34. lib. 5. Paris. cons. 66. nu. 9. vol. 2. Soccin. cons. 92. nu. 1. vol. 1. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 1. quæst. 4. nu. 6. & lib. 9. quæst. 32. nu. 3. Quintilian. Mandos. ad regul. cancellar. regul. 30. quæst. 7. nu. 16.*

426 Mortui autem ciuiliter dicuntur Monachi, alijsq; Religiosi post emissam professionem, excommunicati, damnati ad triremes, relegati, banniti, damnati ad mortem statim enim lata sententia capitali dicuntur effecti serui pœnæ, ac habentur pro ciuiliter mortuis, *vt dixerunt Francisc. Castracan. in tract. de societ. offic. cap. 34. & cap. 35. & cap. 36. Zacch. in eod. tract. sub num. 413. latè Sebastian. medic. in tract. mors omnia soluit par. 1. nu. 50. fol. 155.*

427 Quartò nota quod etiam de iure mulieres tenentur in subsidium (scilicet quando mariti sunt soluendo)

uendo) ad debitum contractum à marito pro alimentis quando probatur, quod tale debitum versum fuerit in eiusdem vxoris vtilitatem, nempè quod illa etiam alita fuerit, *Ioan: de Platea in l. vxorem in fin. C. de decurion. & fil. cor. lib. 10. fol. 46. Rota Siciliæ apud Mutam decis. 94. nu. 32. Hieron. Cæuel. commun. contr. commun. quæst. 727. num. 42. par. 2. fol. 103. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 107. sub num. 3. versic. idem est tom. 1. & cap. 713. sub nu. 7. tom. 4. Surd.*
428 *de aliment. titul. 8. priuileg. 98. nu. 6. fol. 869.* sic etiam in subsidium, quando mariti non sunt soluendo tenentur mulieres soluere pensiones domus conductę à marito, quando in eadem domo mulier inhabitauit, *Rota Siciliæ apud Mutam dicta decis. 94. num. 33. Gratian. disceptat. forens. dicto cap. 713. num. 6. tom. 3.*
429 & sic pariter filius (quando pater non est soluendo) tenetur ad debitum contractum à patre pro alimentis, quando ipse filius cum tali pecunia alitus fuit, *Iason. in l. his solis nu. 2. ff. de condict. indebit. Angel. de Perus. ibid. nu. 1. Cepoll. cautel. 246. Roman. singul. 213. fol. 20. Francisc. Cremens. singul. 37. fol. 267. Addentes ad Marsil. singul. 224. in litera A. fol. 374. Gratian. disceptat. forens. dicto cap. 107. nu. 2. & 3. & 4. vbi de veriore opinione testatur tom. 1. & dicto cap. 713. sub nu. 7. & 8. vbi alios congerit tom. 4. Cæual. d. quæst. 727. nu. 46. Rota Siciliæ apud Mutam dicta decis. 94. sub nu. 32. & 33. Surd. de aliment. titul. 8. dicto priuileg. 48. nu. 5. fol. 869.*
430 Et sic pariter (quando pater non est soluendo) tenetur filius ad pensionem domus à patre conductæ, si in eadem domo filius inhabitauit, *Gratian. dicto cap. 713. sub num. 7. & 8. & 9. tom. 4. Rota Siciliæ*
431 *apud Mutam dicta decis. 94. sub nu. 32. & 33.* sed tamen de iure ad hoc, vt filius, vel vxor teneatur ad debitum contractum, ex causa alimentorum à patre, vel marito debet probari quod pater, seu maritus de tempore contracti debiti non erat soluendo, alias filius, vel vxor non tenentur, *ita tradunt Surd. de aliment.*

aliment. titul. 8. *dicto priuileg.* 98. *nu.* 6. *fol.* 869. *Gratian. disceptat. forens. dicto cap.* 107. *sub nu.* 7. *&* 8. *&* 9. *tom.* 1. *& dicto cap.* 713. *nu.* 10. *tom.* 4.

432 Et rationem reddunt, quia quando maritus, seu pater est soluendo tenentur alere vxorẽ, seu filium, & sic cum isto casu filius, & vxor non dicerentur facti locupletiores, nec aliquod commodum consecuti, ex quo cessante, etiam tali mutuo, vel debito pater, seu maritus aluisset, & alere fuisset coactus, quando verò de tempore contracti debiti pater, seu maritus non erat soluendo, tunc quia non tenebantur alere vxorem, & filium (cum obligatio patris, seu mariti de alendo filijs, seu de alenda vxore intelligatur si habeat bona, cum pater, seu maritus ad id non teneatur, nisi in quantum facere potest) ideò
434 isto casu considerare tur locupletatio filij, seu vxoris, quia in defectu patris, vel mariti tantumdem vxor, seu filius expendisset pro alimentis, vel pro habitatione domus stante tamen isto Breui existimo mulieres, vel filios teneri soluere pretium (præuia probatione quod viri, vel patres, vel eorum bona de tempore exactionis non sint soluendo) absque eo quod probetur viros patres de tempore accepti panis, vel alterius rei, & sic de tempore contracti de-
436 biti fuisse non soluendo. Et moueor, quia si necesse esset probare viros, seu patres non fuisse soluendo de tempore contracti debiti, prout requiritur de iure istud Breue in hoc esset superfluum, & inutile, &
437 tamen quælibet constitutio, seu dispositio intelligi debet, vt aliquid addat iure communi, *l. si quando ff. de leg.* 3. *l.* 4. *§. prætor ait ff. de damn. infect. Hieron. Grat.*
438 *cons.* 41. *num.* 9. *vol.* 1. *& cons.* 63. *num.* 7. *vol.* 2. similiter moueor, quia Breue loquitur, quando hæreditas non est soluendo, & sic præsuponit maritum
439 esse mortuum, quia hæreditas non potest considerari, donec quis viuit, *l. nimirum ff. de acqui. hæred. l.* 1. *ff. de hæred. vel act. vendit. Fulgos. cons.* 28. *num.* 1. *Bece.*

cons. 34.

440 *conſ.* 34. *nu.* 20. *Crauett. conſ.* 22. *num.* 9. & per conſequens Breue loquitur quando viri, ſeu patres non ſunt ſoluendo non de tempore contracti debiti (quo tempore viri, ſeu patres viuebant) ſed de tempore eorum mortis, & ſic de tempore exactionis.

441 Quintò nota quod dum Breue diſponit mulieres, vel filios teneri ſoluere eam quantitatem panis, vel alterius rei ad artem ſpectantis, quæ pro ipſis mulieribus, vel filijs, & earum, ſeu eorum familia marito, ſeu patre viuentibus tradita, & conſumpta fuerit, per conſequens Breue præſuponit probandam eſſe conſumptionem, ſeu erogationem panis, vel alterius rei ad artem ſpectantis in vtilitatem, ſeu vſus mulierum, vel filiorum, & earum eorumq; familia,

442 dico igitur quoad probationem quantitatis panis, vel alterius rei ad artem ſpectantis, quæ inſeruire potuerit pro mulieribus, vel filijs, vel earum, ac illorum familia id relinqui iudicis arbitrio, quod regulari debebit iuxta ætatem, ac perſonarum qualitatem ad tradita per *Doctor. in l. cum vnus §. vlt. ff. de aliment. & cibar. legat.*

443 Quo ad verò probationem quod panis, ſeu alia res verè erogatus, ſeu erogata fuerit pro vxore, vel filio dico non requiri præciſam, & concludentem probationem, ſed ſufficere probationem minus plenam, immò ſatis eſſe probationem, quæ fiat per aliqua media, per quæ ſit veriſimilitudo vrgens in mente cuiuslibet ſenſati iudicis rem ipſam, ita fuiſſe *vt tradunt Corn. conſ.* 114. *ſub num.* 2. *verſic. & in his, quæ ſunt ita vol.* 1. *Petr. de Benintend. deciſ. Bonon.* 43. *ſub nu.* 2. *Maſcard. de probation. vol.* 1. *concluſ.* 77. *nu.* 8. *Surd. de aliment. titul.* 6. *quæſt.* 23. *nu.* 10. *fol.* 650. *Gregor. XV. deciſ.* 250. *nu.* 2.

444 Et ratio eſt, quia alimentorum præſtatio difficilis eſt probationis ex quo non adhiberi ſolent teſtes quando quis comedit, *Corn. d. conſ.* 114. *ſub nu.* 2. *verſ. item præmitto vol.* 1. *Benintend. dicta deciſ.* 43. *ſub nu.* 2.

Maſcard.

Mascard. dicta conclus. 77. sub num. 8. Surd. de aliment. dicta quæst. 23. nu. 9.

445 Valdè igitur conferret probatio, quod vxor, seu filius continuè cum viro, seu patre cohabitauerit post acceptum panem, vel aliam rem, nam ista cohabitatio facit præsumere vxorem, vel filium alitum fuisse à patre, seu marito ex eo, quia illi tenebantur alere, *ita Corn. cons. 110. sub nu. 3. vol. 1. Surd. qui alios allegat. de aliment. titul. 6. d. quæst. 23. nu. 15. & 16. & 17. fol. 651.*

446 Et quamuis, ex sola cohabitatione non inferatur ex necesse, quod vxor, seu filius fuerit alita à patre, vel à marito, *vt considerauit Card. Caualer. decis. 646. num. 6.*

447 Nihilominus cohabitatio magnam præsumptionem præstationis alimentorum facit, & ista præsumptio iuncta cum alio adminiculo sufficiens est

448 Puta si probaretur, quod vir, seu pater solebant simul comedere cum vxore, seu filijs, & testes deponerent se pluries illos vidisse simul comedere, *Gregor. XV. dicta decis. 250. sub nu. 3. Card. Tusc. practic. concl. iur. tom. 1. in verb. alimenta concl. 303. sub nu. 2. fol. 287. Benintend. dicta decis. 43. sub num. 13. Rota in Romana executionis 23. Ianuarij 1630. coram R. P. D. Motmanno.*

449 Nec esset necesse probare, quod effectualiter simul semper comederint hoc enim saperet impossibilitatem, cum reperiri non possint testes, qui singulis diebus, & horis interfuerint, ita vt possint deponere se semper vidisse simul comedere maritum cum vxore, vel patrem cum filijs, *vt benè aduertit*

450 *Corn. dicto cons. 171. sub nu. 6. vol. 2.* vel si probaretur filium, vel vxorem fuisse impotentem ad se alendum, tunc enim data impotentia intrat præsumptio, quod alitus, vel alita fuerit à viro, seu patre, *Greg. XV. dicta decis. 250. nu. 3. Benintend. d. decis. 43. sub nu. 5.*

451 non enim præsumi potest, quod vixerit de vento,

452 *l. fin. C. de alim. pupill. præst.* nec præsumi debet, aut

potest,

potest, quod pater, seu maritus voluerit esse homicida filiorum, vel vxorum, cum denegare alimenta ei qui se alere non potest, nihil aliud sit, quã necare *C. pasce 86. distinct. l. necare ff. de liber. agnosc. Achill. Pedrocc. cons. 8. nu. 160. & cons. 35. nu. 39.*

453 Et hæc probatio potest, etiam fieri per personas domesticas, immò etiam per suos, *Corn. d. cons. 114. sub nu. 2. versic. ideò iura tolerant vol. 1. & dicto cons. 171. nu. 5. vol. 2. Mascard. de probation. vol. 1. dicta concl. 77. sub nu. 8. vol. 1. Benintend. dicta decis. 43. num. 4.*

454 Similiter si de tali credito panis, seu alterius rei fuisset confecta scriptura, & in tali scriptura pater, seu maritus asseruisset se talem panem, seu aliam rem accipere pro alenda familia, ista enim assertio releuaret Pistorem ab onere probandi versionem in alimentis familiæ, & operaretur, vt Pistor agere posset contra filium, seu vxorem absque alia probatione versionis, *vt dixerunt Cepoll. dicta cautel. 246. in fin. fol. 908. in rubric. de donat. int. vir. & vxor. §. 66. nu. 6. Hieron. Cauall. commun. contr. commun. d. quæst. 727.*

455 *num. 43. fol. 103.* sed hæc opinio reprobatur *à Surd. de aliment. titul. 8. dicto priuileg. 405. sub num. 6. & 7. & 8. fol. 863. & à Gratian. disceptat. forens. dicto cap. 107. sub*

456 *num. 18. & 19. tom. 1.* quia assertio vnius non debet nocere alteri, & ideò aliter, quam per assertionem volunt constare debere de erogatione panis, seu alterius rei in vsus familiæ.

457 Non tamen negari potest, quin dicta assertio patris, seu mariti inducat magnam præsumptionem talis erogationis præsertim si sit iurata, & ipse sit mortuus, *arg. l. vlt. C. ad l. Iul. repet. C. sancimus 1. quæst. 7. cap. literas de præsumpt.*

458 Non omittere autem volui notabilem, & singularem casum scilicet, quod si panis acceptus fuisset de tempore penuriæ, tunc non requiretur alia probatio, quia præsumeretur quod verè fuisset conuersus in alimentis familiæ, ita notabiliter *voluerunt Soccin.*

sen. conf. 16. *sub nu.* 10. *vol.* 3. *Crauett. conf.* 91. *sub nu.* 5. *vol.* 1. *Surd. de aliment. titul.* 8. *dicto priuileg.* 48. *nu.* 10. *Ioan: Vincent. de Anna singul.* 686. *in fin. fol.* 344. *Gratian. disceptat. forens. dicto cap.* 107. *num.* 20. *tom.* 1.

459 Sextò nota quod appellatio familiæ in proposita materia non solum continentur omnes illi, qui vel natura, vel iure subiecti sunt, *iuxt. text. l. pronunciatio*
460 §. *familiæ ff. de verb. signific.* nempè non solum continentur vxores, filij, nepotes, ac alij descendentes, famuli, coloni, alijq; famulantes, & seruientes recipientes alimenta à dominis, *Alciat. in dicta l. pronunciatio sub nu.* 10. *&* 14. *& nu.* 32. *ff. de verb. signific. Alex. conf.* 178. *nu.* 1. *vol.* 6. *Roman. conf.* 152. *sub nu.* 3. *Iacob. Berett. conf.* 150. *sub nu.* 3. *Flau. Tort. in d. statut. Papiæ in ciuilib. cap.* 61. *nu.* 7. *fol.* 113.

461 Sed etiam parentes putà patres, aui, matres, auiæ, ac alij ascendentes simul viuentes, *vt colligitur ex dicta l. pronunciatio* §. *familiæ in verb. vt putà patrem familias, & in l. familiæ in princ. ff. de verbor. significat. & ibid. Alciat. & Rebuff. & Cæpol. & in l. fin. in verb. parentes. & ibid. Bald. & Salicet. C. de verb. significat.*

462 YY. POSSINT AGERE ACTIONE HYPOTHECARIA, nota in istis verbis concedi hypothecam creditis Pistorum, dum enim eis indulgetur, vt agere possint actione hypothecaria, ideò per necessarium antecedens creditis Pistorum datur hypotheca, *arg. l. cum lex ff. de fideiussor. & l. ad legatum ff. de procur. & l. illud ff. de acquir. rer. domin. l.* 2. *ff. de*
463 *iurisd. omn. iudic.* idem nota quod huiusmodi gratia, seu concessio hypothecæ non verificatur in creditis Pistorum contentis in instrumento, seu alia scriptura cum obligatione bonorum, quia isto casu ex conuentione partium resultat expressa hypotheca, *l. con-*
464 *trahitur, & ibid. scribentes ff. de pignor.* sed benè verificatur in creditis Pistorum, de quibus non apparet scriptura aliqua cum bonorum obligatione putà in creditis contentis in tesseris, seu taleis, quo casu nulla

poterat

poterat considerati hypotheca, siue expressa, siue
465 tacita, non enim poterat dici, quod adesset expressa
hypotheca deficiente bonorum voluntaria obliga-
tione, *Bursatt. cons.* 103. *sub nu.* 25. *vol.* 1. *Stephan. Gra-
tian. discept. forens. cap.* 391. *sub nu.* 47. *tom.* 2. nec dici
466 poterat, quod de iure tacita hypotheca competeret,
cum nullo iure id cautum reperiatur, & tamen hy-
467 potheca legalis non inducitur, nisi in casibus à iure
expressis, *gloss. in l. fundi in fin. ff. de priuileg. credit.
Rip. in l. dabimus num.* 6. *ff. eod. titul. Surd. decis.* 271.
nu. 10. *& in tract. de aliment. titul.* 9. *quæst.* 44 *num.* 20.
Gratian. discept. forens. cap. 25. *nu.* 1. *tom.* 1. *Rota post
